

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## **Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios Corpvs.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Homine Corrvpto et Instavrato

**Chamier, Daniel**

**[Frankfurt], 1627**

Liber vigesimusquintus, De statu post hanc vitam

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-885)







sum illi presentem esse, & ad facienda in Paradisum, ut consolationem percipiant...

XVI. Hæc illius verba sunt, in quibus velim diligentius indicatum à Sycopantis...

XVII. Nec mihi diuinitio frustranea. Ipsum audi loquentem, Instructionis aduersum...

XVIII. Quin Beccanus ex Pſychopannychia excerptit ista, cum explicat illud...

XIX. Quid? quæ recitauit Feuardentius? In I. ad Corinth. 13. Fides ergo non...

XX. Hæc & alia nonnulla viderunt, legerunt Sophistæ. Quis non mire...

XXI. Prorsus similem nequitiam Feuardentij aduersus Lambertum Danæum...

XXII. Ego vero ea verba in Danæo legere non potui, vt omnino oportuerit...

XXIII. Sed vbi fides, ibi visio nulla, Recte, inquam, vbi fides illa, quæ est...

XXIV. Rurſus, ex cap. 25 § 6. Stultum & temerarium est inquirere, quos in loco...

XXV. At ego, miram calumniandi rabiem! quæ omnia rapit in detritum. Atqui...

sum illi presentem esse, & ad facienda in Paradisum, ut consolationem percipiant...

XVI. Hæc illius verba sunt, in quibus velim diligentius indicatum à Sycopantis...

XVII. Nec mihi diuinitio frustranea. Ipsum audi loquentem, Instructionis aduersum...

XVIII. Quin Beccanus ex Pſychopannychia excerptit ista, cum explicat illud...

XIX. Quid? quæ recitauit Feuardentius? In I. ad Corinth. 13. Fides ergo non...

XX. Hæc & alia nonnulla viderunt, legerunt Sophistæ. Quis non mire...

XXI. Prorsus similem nequitiam Feuardentij aduersus Lambertum Danæum...

XXII. Ego vero ea verba in Danæo legere non potui, vt omnino oportuerit...

XXIII. Sed vbi fides, ibi visio nulla, Recte, inquam, vbi fides illa, quæ est...

XXIV. Rurſus, ex cap. 25 § 6. Stultum & temerarium est inquirere, quos in loco...

XXV. At ego, miram calumniandi rabiem! quæ omnia rapit in detritum. Atqui...

C A P. III.

De loco Paradisi: de resurrectione, de inaequalitate glorie.

I. EN tibi nouos calumniarum impetus, sed leuiores, à Feuardentio, capite...



ganari necesse est. Et in 23. De loco Paradisi curiose & argute non est disputandum. Et in 22. Matth. de Sessione ad dextram: Hæc loquutio locum minime designat. Et in 16. Marc. prohibeat, imaginandum esse aliquem in cælis locum, quo ascenderit, & ubi in gloriam recepta sit sanctissima Christi humanitas.

II. Id ut refutet, primum docet nos, non esse Angelos, spiritusve hominum immanes, aut infinitos, sed certis definitis limitibus, ut sua virtute alibi præsentem esse nequeant, secundo, Caluinum ipsum, & Beza, contra Ubiquitatis disputat, Christum cælo tanquam loco comprehendit. Martyrem etiam in lib. de Eucharistia scribere, necessarium esse ex hac vita descendit. animis nostris, vel tormentorum locum, vel sinum Abrahæ dari. Neq; aliud intelligi per sinum Abrahæ, quam certum locum & receptaculum animorum, in quo est pax & tranquillitas in conspectu Dei concedatur. Post, locos Scripturæ congerit, cum mansiones multas Christus esse dicit in domo Patris, & se re paratum locum Apostolis, & velle, ut ubi futurus sit, sint & sui. Et alios nonnullos.

III. Quid hæc opus erit prolixius examinari, quæ vel attigisse piget? Erimvero ipsi nobis si aduersarios fingamus, ut sit in comœdiis, vix possumus puerilius incipietes, aniliusve delirantes. Hac certe in re saltem prudentiores luere Franciscano, Bellarmino, & Canus, qui, etsi illud legerent, Valde se torquent multi disputando, quem locum occupent, & an cælesti gloria fruuntur, necne, tamen de fruitione gloriæ calumniantes, de loco tacuerunt.

IV. Mihi ad Apologiam plus quam satis est, negare, vnuquæ fuisse à Caluino negatum, Paradisum esse locum. Quod facile probent vti ipsi ab aduersario collecti ex eodem loci, horruisse duntaxat eorum temeritatem, qui hæc generali definitione non contenti, paradisum esse locum beatitudinis, in cælesti, & in terrenis, abierunt, quasi sic in cælis paradisum dicas, ut in terris Insulas fortunatas. Vnde nobis natum Cælum Empyreum, reliquis orbibus, annumerandum, sic enim Sophistis placitum. Caluino constans religio fuit, sapere præterquam scriptum est, neq; ab eo consilio dimoueri potuit vir sanctus, vltio aduersariorum furor, vllave Sophistice. Quid? Feuarentius ipse nõ est ausus discedere ab hac generali thesi, ut se crederet curiosus illis & argutis & peraculis & argutis. Modeste id quidem, vti nam hanc sibi laudem cumulat. sed abstinentes sycophantiis.

V. Verum, en tibi nequitia argumentum non sine horrore tractandū: Non est, inquit, tam mirum quam miserandum, & detestandum, quod Caluinus videret eo dementia perueniret, ut scriberet, resurrectionem corporum humanorum, rem esse incredibilem, sed noua esse induenda, & premianda. Cap. 21. lib. 10. Theomachia. Et calumniam reficauit Jacob. Gaudierus in Anatomia Caluiniana, dilemmat. 108. Quis sperasset? quis vel suspicatus esset Caluinum, tam nefarius perfidiæ reum peragendum? Imo vel acculandum duntaxat? Cohibeo me, in re, quæ sua claritate vel meridiem superat.

VI. Vnde autem calumniæ occasio captata est? Audite: Exstat, inquit, in Epistolis Caluini, secundo etiam à Beza recognitis, & Genesim excusis apud Petrum Santandranum, anno 1576. Epist. Farelli ad Caluinum: Si titulus fallit, videat Beza, qui secundo etiam hoc asserit, in qua Farellus hæc scribit: Quod res tibi incredibilem videatur huius carnis resurrectio, nihil mirum. Quod autem hæc ratione permotus, sufficere statuis, si credas nouis corporibus aliquando nos esse induendos, hoc à Scriptura doctrina est alienum.

XII. Exclamarem cum Comico: Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipites, asinus, plumbetis, in illum nihil potest: nã exsuperat eius stultitia hæc omnia. Sed hæc perfectio stultitia nõ est, imo destinata, desperataq; malitia. Cõdonarem, si non ipse sibi testaretur suboluisse falsitatem imposturæ. Nam illud, Si titulus fallit, quorsum? Aut cur non æque, cum Institutionem nominauit, aut Commentaria in Evangelistas? Tam nouæ, tam extra ordinem exceptionis, quæ causa est, si non vidit obici sibi posse, non esse hæc Epistolam Farelli, non esse ad Caluinum? Et in tanto crimine, quis vir bonus testimonio confusus esset suspecto? Quid, aut quorsum, videat Beza, si noluit ipse videre, quod Beza tamen, si Beza est, indicauit? Non est enim hæc Epistola Farelli ad Caluinum, sed Caluini ipsius ad Zozinum, siue Socinum. Et ita repositum in Indice mendarum typographicarum in extrema ea editione. Sat est.

VIII. Cap. 22. eiusdem libri Theomachia, nouum crimen est, Caluinum & Beza statuere, vnam omnibus Sanctis gloriæ mensuram futuram. Quod tamen nullo loco scripsisse profiteri ausus est, sed argutiolis cõfiscit. Prima, quia, Joan. 14. Caluinus eo dicit abuti iis verbis: In domo Patris mei mansiones multæ sunt, qui inde inæqualitatem cõcludant. Secunda, quod eam gloriam Sanctis rependi neget ob varia diuersaq; bonorum operum merita. Tertia, quia Beza omnem de gloria Paradisi & Sanctorum beatitate doctrinam Catholicam serio se detestari profiteatur.

IX. Et statim tamen locos describit, ex quibus constat, Caluino, Danæoq; per sua iam inæqualitatem. Ex Comment. Caluini in 15. prior. ad Cor. Sunt qui existimant Paulo propositum fuisse dicere, post resurrectionem dispares fore gradus honoris atq; gloria in cætu Sanctorum. Id quidem est verissimum, & aliis Scripturæ testimoniis euidenter cõfirmatur. Ex Danæo in c. 5. Enchiridij Augustini: Quod autem visio Dei plena dicitur, non efficitur inde æqualem fore omnium Sanctorum visionem, & fruitionem Dei. Nam in domo Dei multæ sunt mansiones, & vti inter stellas alia alij præfulget, ita inter Sanctos diuersa erit gloria. Daniel. 12. Quisque tamen quantum maxime pro doni sui capacitate poterit, Deum videbit.

X. Dicit hæc sunt, & contra diferta oportuit subtilitatibus pugnare? Mala mens, malus animus. Sed subtilitates cuiusmodi sunt? Abuti putat Caluinus verbis Christi apud Joannem, eos, qui inde probent hanc æqualitatem. Itane? Atqui ex illo ipso, quem opponit, loco, ex in prior. ad Corint. 15. poterat hanc consequentiæ ineptiam dedoceri. Nam locus integer sic habet: In applicatione vulgo erratur, putant enim Paulum dicere voluisse, à resurrectione diuersos fore honores & gloria in Sanctis gradus, quod quidem verissimum est, aliisque Scripturæ testimoniis probatur, sed nihil ad Pauli mentem. Nimirum potuit Caluinus & rem ipsam tenere, & argumentum ei probandæ assumptum improbare. Neque hoc loco improbauit Cucullio. Cur quod hic potuit, non potuit Joann. decimo quarto? Et profecto verum est, ex multis mansionibus, non posse legitime concludi inæquales, quid enim prohibet, quominus & multæ sint, & æquales? Nisi forte ne duos quidem Sanctos Sophistæ velint pari gradu vnuquam futuros, puta Apostolos, aut Martyres, aut Virgines.

XI. Sed negauit conferri meritis operum. Ita est, inquam. Ergone conferri negauit? Stupidum disputatorem, & argutissimum. Et cur non, quæso, eodem argumento confecerit negatam elite riu' ac' xlv' ipsam æternam vitam? Nam hanc sane Caluinus negauit meritis operum reddi.

XII. Beza improbauit omnem de Sanctorum beatitate doctrinam Ca-

tholicam. Dic Papisticam, Cucullio, ne mentiaris. Nam Catholicam doctrinam, & de beatitate Sanctorum, & de omnibus aliis religionis rebus, Beza improbauit nunquam, vestra somnia, vestras argutias, alias contempnit, alias detestatus est. Verum, hæc imparitas graduum, nulla est Papistica somnatio, sed Catholica veritas.

C A P. IV.

De Cicatricibus corporum gloriosorum. De Aureolis. De cognitione Sanctorum.

I. Multa pugatur præterea Feuarentius, quæ non placet sigillatim exsequi. Triam tantum excerpam, quorum natura est aliquantum diuersa à superioribus calumniis. Cap. 30 lib. 10. Theomachia. Caluinus, inquit, erridet illos, qui tradunt permanuras in æternum notas & cicatrices vulnerum, quæ corporibus suis exceperunt, tam ipse Dominus noster Iesus, tum eius Martyres, unde fructum peculiari lætitia sint accepturi.

II. Et affirmantem sic probat. Si Paulus, cum adhuc detineretur in mortali corpore, coram omni Ecclesia gloriabatur in vulneribus, in vinculis, in plagis, in lapidationibus, in carceribus, in cicatricibus, quas vocat stigmata Iesu Christi, quanto æquius id faceret in nouissimo die coram Deo, coram Angelis, coram omnibus Sanctis? Secundo: Si pretiosa est in conspectu Domini mors Sanctorum, nonne cicatrices etiam, & alia certaminis ac mortis insignia cedent in honorem Sanctorum? Tertio: Chrysostronus in Iuuentium & Maximum: Sicut miles vulnera, quæ in præliis sibi infusa Regi monstrantes fidenter loquuntur, ita & illi in manibus, abjecta capita gestantes, & in medium afferentes, quæque voluerint apud Regem calorum impetrare possunt.

III. Atqui hæc quæstionem nusquam memini legere apud nostros, & puto diuinatam à Cucullione, ex consuetudine nostra modestia, quæ verat ne curiosos inquiramus in cælestia arcana, quæ nulli Deus patefecit. Itaque sane, nec ipsi hos carceres migramus, nec alios petulanter & argute facile patimur. Cum contra in hoc mustaceo præcipuum iam pridem lauream quæserint homines in scholis abundantes otio, & inde perperam ingeniosi, quod nobis sane haud inuidentibus porro se facturos sperare possunt.

IV. De cicatricibus Christi meminerimus alias esse disputatum. Nunc argumenta proposita patiantur à nobis irrideri, non ut tam immaniter curiosis suam felicitatem inuideamus, sed ut & amemus ipsi, & admiremur nostram simplicitatē. Gloriarum Apostolum in vulneribus suis, didicimus ab ipso. Sed, ergo eorū cicatrices habiturum in resurrectione, quæ Logica conficit? Nam primum, cur non ipsa potius vulnera? cur nõ ipsa vincula, ipsos carceres? Hoc debebat fingere temeraria curiositas, futuros post resurrectionem carceres, puta Tullianum, in quo tot Martyras incluserunt olim tyranni, & in iis assignatum iri suas quibusq; mansiones. Quod si nulli futuri carceres, nullæ carceres (nisi forte & carceribus, & tatenis promissa resurrectio) cur potius cicatrices? Nam cicatricibus non possunt gloriam Martyres, nisi propter vulnera. Itaq; ipsas proculdubio vulneribus longe potior gloriatio esset. Similiter, pretiosa mors Sanctorum, sed cur non ipsa mors reanetur potius? Aut si hoc absurdum, vel impossibile: at certe, quia nõ tantum vulneribus gloriari dicuntur Sancti, sed etiam pretiosa esse mors eorum, ut vulnerum cicatrices, sic mortis aliquas oportebat fingi reliquias. Erimvero puerca illa ex Chrysostrono effigies: *ἡ δὲ καὶ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν μαρτύρων τὰ στίγματα*, eorum, inquam, qui capita sibi olim demissa, non amplius humeris, sed manibus gestaturi sunt. Nempe, ut accephalorum monstra sint aliqua post resurrectionem, nec solus in Gallis Dionysius hæc specie pingendus. Credo etiam ante quos illos Sarmentarios, & Semaxios, sistendos sic deligatos ad axes, sic farrmentis cinctos. *ἡ δὲ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν μαρτύρων τὰ στίγματα*, eorum, inquam, qui ante resurrectionem capita resecta dicuntur gestare manibus. O nugatores Sophistæ, quid hoc ad vestras cicatrices?

V. Cap. 29. argre fert non adorari à nobis Aureolarum commentum, rem profecto icitu dignam. Distinuerunt Auream, ab Aureola, magni harum nugarum mystæ. Auream definiunt gaudium de Deo, ut habes apud Altenstaig. Aureolam vero ipse Feuarentius, quandam specialis ac spiritualis honoris & gloriæ coronam, quæ quidam donabuntur in cælis, e quod aliquibus ante ceteros heroicis virtutibus floruerint. Adde ex Altenstaig eam coronam futuram Doctoribus in ore, Virginibus in illa parte (pudorem agnoscite monachorum) Martyribus in cicatricibus.

VI. Magnum mysterium confirmat Franciscanus primum trib. parabolis, per thesaurum absconditum in agro, aureolam Virginū: per margaritas, quas, venditis aliis omnibus bonis, sibi homo comparat, Martyrum, per sagenam misfam in mare, & ex omni piscium genere congregatam, Doctorum. Secundo per allegoriam ex Ver. Testam. per arcam fœderis Virginum, per coronulam super altare suffutis, Martyrum, per panes propositionis, Doctorū. Tertio ab exemplis. primo Virginum, Pauli, qui sibi superesse coronam iustitiæ testabatur, & Joannis vtriusque, qui nunc in cælo glorificantur, & aliorum, qui sequuntur agnum, quocumq; ierit. Secundo Martyrum, quorum in cuiuslibet festiuitate, Ecclesia Romana canit, Corona aurea super caput eius, Tertio Doctorum, qui fulgebunt quasi splendore firmamenti, & quasi stellæ in perpetuas æternitates. Daniel. 12. Matth. 5. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.

VII. Nos ut profitemur, quod antea diximus, varios fore gradus gloriæ, tamen nõ videmus in his Aureolis quicquid ferij, multum etiam ridiculi, Nã quid partes singulas oportet percurrere corporis, ne iis quidem exceptis, quas nunc sine pudore cogitare, nedum nuncupare possumus? Quasi non satis, si assequuti sumus vniuersi ipsius corporis gloriam? Aut hæc non sufficiat etiam auidissimis, quasi qui fontem hauserit, stillis singulis opus habeat ad sitim explendam. Atqui ego credideram puerili ingenio esse, qui post præmissam regiam opulentiam, interroget an sibi futuri sint deaurati caleoli.

VIII. Verum, ut res ipsa non esset puerilis, tamen argumenta tam sunt aliena, tam deorta, ut sola sufficiant ad fidem omnem abrogandam importunitati Sophistarū. Thesaurum in agro, significare aureolam Virginū, Margaritam Martyrum. Itane? Atqui vtriusque similitudini eundem finem esse Caluinus annotauit, *Ut discant fideles regnum cælorum toti mundo præferre, atque ideo renuntiare & sibi, & omnibus carnis desiderijs, ne quid eos impediatur, quominus tanto bono potiantur.* Nec Caluinus solus, sed & Papistæ, etiam Caluino longe minus iudiciosi. Franciscus Lucas, *Addit Saluator domi apud discipulos quædam alias parabolas, quarum primis duabus declarat illis pretium regni cælestis, omnibus mundi rebus merito præferendi.* Maldonatus: *Hactenus quatuor parabolas duas regni cælorum proprietates declarauit, nunc pretium exponit, ut doceat quanti illud homines facere debeant, & quanta quærare diligentia.* Sic de the-



thesauro: post de margarita: Hac parabola eandem prorsus, atq; praeceps, si- gnificationem habet: sola differt materia. Iansenius: Praecedentibus duabus para- bolis ultimis declarata est res Evangelica doctrina: at duabus iam sequentibus e- iusdem pretium significatur, & quanto studio, merito eam quisque sibi parare de- beat, indicatur. Iansenio haeret Barradas. Salmeron: Per hanc & sequentem pa- rabolam, de negotiatore quarente bonas margaritas, indicatur professionem Eua- gelicam non esse leuiter aut vulgari studio expetendam, sed, omnibus omis- sis, hoc unum summe studio conandum, omniumque bonorum nostrorum iactura, summi- illud bonum comparandum. Caietanus: In prioribus parabolis, regnum caelorum tractatum est ex parte, qua vim habet effectiuam, tanquam semen seu fermentu: modo in his duabus tractatur ex parte qua vim habet finis, qua est desiderabile: & propterea assimilatur Thesuro & margarita.

IX. Si vitraque parabola idē significet, quomodo alia Virgines, alia Mar- tyras: Et sane in vitraque regnum est caelorum. Sed hoc quid est? Variant inter- pretes. Sunt qui Evangelicam doctrinam dicant: Iansenius, Barradas: Euan- gelium Maldonatus: professionem Evangelicam Salmeron: praesentem Eccle- siam Caietanus: Gortanus profectum Ecclesiae. Hi si verum obtulerunt, perit Feuardentius: nulla enim aureola significabitur: haec enim non in hac via, sed acquiritur in patria, Atqui huiusmodi regnum caelorum in via.

X. Per sagenam iactam in mare, Caluinus, Confirmat, inquit, quod prius habuimus, Ecclesiam Dei, quam diu in terra versatur, permixtam esse bonis & malis: nunquam vero sordibus & inquinamentis puram esse. Lucas Burgenfis: Regnum caelorum, populus regnatus Deo, Ecclesia militans. Tertiam hanc, Sal- uator, discipulis parabolam domi proponit, qua inculcat illis hoc idem quod mox parabola Lazariorum docuerat: in Ecclesia sua semper fore malos permixtos bonis ad saeculi usque consummationem. Nec reliqui scortum eunt: neque enim ob- scura res est, vt omnes opus sit colligere. Quid hoc autem ad aureolas? An boni malis permixti aureolam significant?

XI. Allegoriis ex veteri Testamento quid fingi potuit ridiculum magis? Arca foederis significari aureolam Virginum? Martyrum, coronula super al- tare suscitari? Panibus propositionis Doctores? Non miror à Franciscano dic- tum, Francisci typici prole: sed mirer, si quisquam sanus assensum praebet: & quidem allegoriam nec argumento, nec coniectura aut confirmanti, aut illustranti. Nos, audacter somniantem, constanter reuicimus.

XII. Enimvero, Doctorem, Martyrum, Virginum, exempla quorsum in- ducta: An vt doceret extitisse aliquando? Suis debuit nouitiss inculcare; vito- rum cordatorum dignitatis habere rationem. In Paulo libens audio coronā iustitiae: sed aureolam quis potis est videre? Nam primum, cur hanc Virgini- tatis dixit potius, quam Doctores? Paulus certe non tantum virgo fuit, sed etiam doctor: doctoratu clarus, magis quam Virginitate. Deinde, cur omni- no aureolam, & non auream potius? Nam Iustinianus sempiterna: felicitatis mercedem interpretatur. Lombardus vitam aeternam.

XIII. Ioannem virtutumq; glorificatum, nemo negat: sed habere aureolam nemo probat. Virgines agnum sequi, quis non audiuit pridem, ex Apocal. 14. Sed, Virgines, (Glossa ordinaria Lugdunensis ex Augustino) hoc loco non so- lum corpore castos intelligimus: sed maxime omnem Ecclesiam, qua sibi fidem puram tenet, sicut dicit Apostolus, Desponsauit vos vni viro, Virgines castas exhibere Christo. Id est, nulla adulterina haereticorum commixtione pollutam, nec in male- blandis & mortiferis huius mundi voluptatibus usque ad exitum vitae sua colli- gatam. Atqui non omnis Ecclesia est virginibus.

XIV. Martyribus, qui coronam auream inuideat super caput, nemo in- uentus est Catholicus: sed aureolam malunt Papista: nec eis aurea satisfacit: & non super caput, sed per membra singula. Ita enim Sophista iusserunt. Nos sane, qui coronam dicimus vitam aeternam: & ad eam admitti martyras ha- bemus certissimum: coronam nulli eorum denegabimus. Sed coronae prae- textu, aureolas induci, monachorum somnia, non patimur.

XV. Ne doctores quidem fulgere, tanquam splendorem firmamenti, & quasi stellas, aut magno vocari in regno caelorum, quisquam ignoraret no- strum, etiam si nunquam vllus esset natus monachorum, orbis commodo. Sed magnum vocari, & splendere tanquam stellam, idem esse quod aureolam habere, hoc demum persuadere non poterit vllus monachorum. Res enim ip- sa refutat. Aureola Doctorem, est in ore, non in vniuerso corpore. At qui splendet sicut stella, sicut firmamentum, totus splendet. Et qui magnus est, non ore solo magnus, sed ipse totus.

XVI. Verum, tam leuia, tam aliena Feuardentij argumenta esse, nemo for- tasse mirabitur, qui ex operibus hominem nouerit: & coniectabit esse aliis vires maiores. Audiamus ergo Thomam: at quem virum? In 4. post. ad Ti- moth. Aureola vna debetur Martyribus: supra 2. Non coronabitur, nisi qui legi- time certauerit. Alia debetur Virginitibus: Sapientia 4. In perpetuum coronat a tri- umphat incoquinatum certaminum primum vincens. Tertia est Doctores: Prouerb. 4. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclita prote- get te.

XVII. Hem! Thomam, tantum Sophistis virum, tam pueriliter nugari! Quid alios porro speres tanti Magistri tantulos discipulos? Enimvero, quid est in Scripturis puerum esse, si hoc non est? Debetur, inquit, martyribus au- reola. Peculiaris, credo, diuersaque à Doctores: diuersa à Virginitibus: alio- quin quorsum, vna, alia, tertia? Et ita docent Scholastici. Sed quorsum ergo illud, Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit? Recole, Thoma, quae tu ip- se, hunc locum edisserens, scripta reliquisti: nisi tu in iis fies, qui sibi anno dicta noluit obici. Sed tu tamen in hanc speciem locum interpretare: Est au- tem tripliciter aliquis miles Christi: primo, inquantum pugnat contra peccata: se- cundo est aliquis miles Christi in pugnando contra errores: tertio est milita mar- tyrum contra tyrannos. Heus tu: si triplex militia, nonne triplex certamen? Si non est autem vnicum certamen martyrum (nam hi tibi sunt non soli, sed tertio tandem loco) cur vnica martyrum aureola? Cur, inquam, haec Pauli verba, quae triplex certamen comprehendunt, nonnisi significant aureolam Martyrum? Cur non generaliter auream, quae debetur omnibus fidelibus? Nam profecto qui milites pugnant contra peccata, ij sunt omnes fideles: etiam Virgines. Et qui certant contra errores, ij doctores sunt, aut certe docto- rum partes funguntur. Itaque, quom coronandos pronuntiauit Paulus, qui legitime certauerint: non aureolam peculiariter Martyrum dixit, sed ad se ip- sum Virginum, Doctorem, Martyrum: denique omnium fidelium.

XVIII. Locus ex Sapientia (vt auctoritatem apocrypham ne suggillum)

de virginitate profecto non loquitur. Sed tu tibi ipse imposuisti puerili vo- cum ignorantiae: quod tibi frequentissimum vt quum in Consolatione Boe- thij titulum dedacis a Titane, quia praeleceat libro, vt Sol mundo; Tu au- diens castam generationem ambiguo deceptus; putasti nihil esse aliud, quam huius, siue, vt ita dicam; passiuę generationem, proijs qui generati sunt, & ca- ste, id est, in caelibatu, viuunt. Atqui generatio haec est actiue potius intelli- genda. Graece est *γεννησιμος*, sed profecto mendose: nam quid esse, aut quomo- do interpretandum: Quum praesens est, imitantur illam: & desiderant, cum se eduxerit? Ego tam *γεννησιμος* rationem non assequor. Itaque legendū sine dubio *γεννησιμος* sensu opposito pro liberorum abundantia: sed cauta, id est, non ex vulgari & promissa & bruta venere: sed ex matrimonij vsu. Nā & Holcot interpretatus est castitatem conjugalem.

XIX. Sed si maxime tamen hanc Virginitatem concederemus totidem li- teris scriptam, quid erit, quo eius aureola significet? Itane sperant vir in- geniosus, se persuasurum illud, Coronata triumphat, & incoquinatum cer- taminum primum vincens: nihil aliud esse, quam aureolam illam nescio qua in partibus illis, in quibus peccari solet aduersum castitatem, quasque nunc ne nominare quidem audeat quisquam absque pudore? Quasi itidem in ce- lis Monachi comperissent, quod in Mexicano orbe Hispanos vidisse testatur Petrus Martyr Angerius in suis de orbe nouo Decadibus; Virgines nudas totas degere, corruptas vero opponere partibus illis gollipina velamina. At nos & vitam aeternam scimus esse coronam, & satis dignam praemij nomine: nec solas virgines referre praemium incoquinatum certaminum, *αριστε- των ἀθλων*.

XX. In Prouerbijs, quanta supinitas Thomae Doctorem laureolam somnauit, qui debuit potius discipulorum. Hortatur enim Sapiens, non ad proponendam alijs, sed ad acquirendam sibi: non ad docendam, sed ad disc- sendam sapientiam: Principium sapientia posside sapientiam, & in omni posses- sione tua acquirere prudentiam: Arripe illam, & exaltabit te: glorificaberis ab eis, quum eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclita proteget te. Audivi tu Posside, acquirere, arripe. Et tu nihil nisi doctores somnias. Recte: quisquis acquirere sapientiam, coronabitur: sed ea corona aurea est, non aureola. Communis omnibus Christi anis, non peculiaris pau- cis doctoribus. Itaque Iansenius: Metaphorice significatur per sapientiam ho- mines fieri gratos admodum, & honoratos ab alijs, veluti si corona regali essent insigniti. Item per eandem frequenter perveniri ad summos honores. Praeterea per eandem homines vere reges fieri, ac vitiorum dominos: consequuturos proinde tandem immortalis gloriae coronam apud Deum. Lyranus prior: Sic exponitur communiter: id est, possessio sapientia in via, est principium habendi sapientiam in patria, qua consistit in clara visione.

XXI. Transeo ad tertium. Perstringit Danæum Feuardentius capite vigesimo septimo, quod scripserit in Enchiridion Augustini ad caput nona- gesimum quartum, Quod scribit Augustinus fore, vt muicem nos agnoscamus in gloria, incertum est. Et opponit auctoritatem Augustini: tum parabolam, in qua diues ab inferis Abrahamum agnouit, & Lazarum in sinu Abraham: item transfigurationem Christi, quum Apostoli Moysen & Heliam viderunt: opponit denique ex Maccabæis Oniam & Hieremiam.

XXII. Sed modeste Danæus, vir doctus, & pius, pro incerto habuit, quod nusquam definiuit aperte Scriptura: sed variis coniecturis inuestigan- dum reliquit: si tamen etiam vestigandum, quod ipsa maluit tacere: quomodo in omnibus reliquis, quae possunt peculiariter inquiri in statum futurae vitae, videtur consulto noluisse curiositatem humani ingenij pascere, sed ex- ercere potius sobrietatem. Itaque debuit Cucullio modestus ferri in virum sine dubio magnum: nisi nihil Cucullio magnum nosset, nisi idolum, & qui idolis sunt similes, quia colunt.

XXIII. Quanquam non debeo monachi immodestiam mirari, qui stoliditatem debeo traducere, *ὡς βλαπτεται* non aduertentem suorum argu- mentorum stilitatem. Nati in parabola nullum esse potest necessarium: quum sciant omnes, exigendum esse earum stylum, non ad veritatem histo- riae, sed ad verisimilitudinem duntaxat Rhetoricam. In transfiguratione, non erant, credo, Apostoli ex utro corpore, aut positi extra sortem huius vitae. Moses autem, atque Elias induerant aut corpora, aut formas corporum. In Maccabæis fabula est. Auctoritas Augustini, etsi magna, tamen longe infra eius auctoritatis gradum, qua sunt persuadenda ea quae nunquam oculus vi- dit: itaque tantum persuadere apta, quantum argumentis euincere. Nihil ergo Danæo Feuardentius obiicit, quo possit quēquam cogere: ab argu- mentis vero contingit necessarium conclusionem nemo infert, nisi cuiusdā sermō. Non miremur ergo Danæum, virum sanctę simplicitatis, id ha- bere pro incerto.

XXIV. Ego quidem in iis esse me profiteor, qui si quid sit, quod in qui- situm argumentis tuto credi possit à pia mente: in eo ordine & hoc nume- rent. Non enim videtur aut intellectui humano constare sua natura, aut caritati Christianae sua perfectio, si negentur ij fore nobis cogniti, quibus- cum sumus in caelis regnaturi. Nam fore, vt nihil omnino contemnemur praeter Deum, quis persuadebit? Amatos certe constat: quando quidem ex Paulo certum, caritatem permanentem. Amari autem profus incognitos, ne verisimile quidem.

XXV. Fateor occupatum iri intellectum in ipsius Dei contemplatio- ne: sed nego propterea abducendum profus à Sanctorum cognitione: nam haec illi subalternatur. Itaque quomodo non abstrahitur à contemplanda sapientia, qui characteribus vitur: sic neque Deum non contemplabitur, qui Sanctos cognosceret: aut certe ne nobis quidem ipsi ipsi erimus cogniti: quod credant Eudymiones: mihi nemo facile persuaserit. Nego autem magis obfuturam contemplationi diuinę, aliorum quam nostri cognitio- nem.

XXVI. Haec & alia similia disputari possunt plunibus. Sed ita debent, vt meminerimus semper Prophetis, Prophetas esse subditos: ideoque ex- spectemus, dum quae nos aut scimus, aut putamus scire, eadem alijs reue- lentur. Interea caritatem colamus: neque alijs alios superbe despiciamus, aut inhumane tractemus, quibus etsi aliter videatur, tamen Deus suorum dono- rum abundantiam non denegauit.

XXVII. Sleidanus, lib. 16. postremū hunc fuisse notat Lutheri, ad suū Re- dempro-



deemptorem festinantis, sermonem: Inter cœnandum, inquit, variis de rebus lo-

CAP. V.

Status questionis de Limbo Patrum.

I. Transeo ad maioris momenti disputationem de hæresibus Papisticis.

II. Inferos conditos intra cœca terræ viscera, remotissimos à cœlis, in quibus solis sedes beatitatis, & aduersus, oppositos, duas in partes distinguunt:

III. Itaque, quod intimum in infernis atque ad ipsum vniuersi centrum, id damnatis assignant, & Diabolis, non tantum exultantibus à Deo, sed etiam igni æterno gehennæ torquendis, in æternum, nulla spe facta melioris conditionis.

IV. Quamquam, de situ & ordine harum contiguationum, Pelanus, c. 3. de Purgatorio, testetur Scripturas nihil certi pronuntiare, Ecclesiam & Concilia silere, Sanctorum dicta, nõ vnã interpretationem admittente, recentiores diuersa statuere:

V. De Inferno penitus ad centrum, nulla nobis inquisitio est. Sane tã exactam determinatamq; cœtri viciniam, putamus habere aliquid curiosiusculi: veruntamẽ sublimissime, an humi putrescant damnati, perinde censemus esse.

VI. Disputarunt Bellarminus, c. 11. lib. de Christi anima. Galatinus, Arcanorum lib. 6. c. 7. 8. 9. Feuarentius, Atheomachia libri 8. c. 10. Stapletonus, in Ptomptuario feria 5. hebdom. 2. quadragesima. Cotonus, Institut. lib. 4. c. 8. Beccanus obiter, opusc. 8. in 2. tom. p. 2. c. 3. Contra verò nostri. Ioann. Rainoldus Angl. in Censura lib. Apocryph. prælect. 19. & deinceps. Iunius, in illam Bellarm. disputat. Polanus, Syntag. Theolog. lib. 6. c. 21. & Andr. Riuetus, Summæ controuer. tract. 2. q. 42.

VII. Docent ergo Papistæ, Quicumque fuere ante Christum, quantumuis fideles, quum seculum reliquerunt, tum corpore, tum anima fuisse intra terræ viscera conditos, qua in sepulcro, qua in Inferno. Et corporis quidem adhuc expectare resurrectionem: sed animo euectos esse in cœlos, demum à Christo resurgente, quæ eis longi terminus fuit exsilij. Interea intra terram fuisse, in quiete quidem, sed nulla luce, aut vllius gloriæ fruitione. Causam adferibit Galatinus, peccatum originale. Et Adrianus Florëtius in 4. sentent. agens de Indulgentiis, Quantumcunque laborauerit Abraham & Patriarchæ, pro expiatione peccati originalis, pro diuino decreto debebat apud inferos ferre pœnam damni, quoad vsque per mortem Christi animus Domini placaretur.

VIII. Quamquam illud de quiete, quomodo dicant, aut quomodo constare queat, non video. Nam idem Adrianus eod. loc. qua pœna damni, inquit, scilicet, carentia diuinæ visionis, secundum omnes Sanctos, omnium pœnarum maxima esse perhibetur. Hoc si verum, certe multo magis erant in quiete, dum in carne essent Patriarcharum animæ, quam in Limbo. Et tamen Iacob. Gen. 47. dies peregrinationis suæ appellauit, paruos & malos. Quos ergo potuit dies huius quietis? Nonne & longos & pessimos? Adde, ex Galatino, Sancti

Patres in inferno à Diabolo, Deo permittente propter Adâ peccatum inebantur. Lombardus, in Psal. 48. Resinẽ animam meam de manu inferi, id est, potestate Diaboli, qui ante aduentum Christi animas tenebat: quæ verba descripsit Francisc. de Puteo in Cathena: vterque autem habet à glossa interlineari, quæ ipsa à Cassiodoro. Perpende. Carebant visione Dei: hæc carentia, omnium pœnarum est maxima: permittebantur Diabolo, vt detinerentur, & ex clama. to. O quietem: quietem: dignam Sanctis, dignam amicis Dei quietem.

IX. At nos contra habemus pro cœtro, vltos Patres priuilegio redemptionis, itidem ante Christi tempora, vt postea Sanctos Christianos: exspirantiũque animas recta deductas in cœlum, patriam suam, vbi fruerentur plena luce, id est, visione Dei: carentemque vtroque pœnarum genere, tum sensum tum damni.

X. Quo loco calumniam Bellarmini oportet notari, qui, cap. 9. de anima Christi, Si quis petat à Caluino, inquit, & Beza, vbi fuerint ante Christi mortem animæ infidelium: respondent, fuisse in cœlo, licet non viderint Deum, nec sint visura vsque ad diem iudicij. Quam calumniam purgabit vel Feuarentius, qui, Certum habeo, inquit, Caluina nos ministros in ea esse hæresi, vt deternant animas illorum statim ab excessu à corporibus in cœlos sublatis fuisse in Paradisum cœlestem, cum omni ea gloria & felicitate, quam nunc, id est, post Christi mortem, resurrectionem, & ascensionem ad dextram Patris sperfruntur. Ita redeunt, ad Susanæ vetulos sycophantas sycophantæ nouitij nostri.

CAP. VI.

De Cœlo clauso, & præcursore Christo.

I. Quid sit probandum, audiuius: quomodo probent Papistæ, audiamus. Et primo quidem celeberrimum omnibus argumentum est à descensu Christi ad Inferos. Pro certo enim habent profectum ad horum Patrum animas in Limbo.

II. Verum, hoc iam pridem confectum est negotium, tom. 2. lib. 5. & probatum, nullum designari motum localem animæ Christi: sed vim potius dolorum, quos tum corpore, tum anima passus est ad perficiendam redemptionem humani generis. Quam disputationem interim dum refutabũt, patientur nos viti, si forte, boni, nunc frui nostra quiete.

III. Secundo igitur loco esto, clausum cœlum, apud Beccanum, Cotonumq;: cuius vim in hanc formam concipio. Si non sunt ingressi cœlum Patres ante Christi ascensionem; ergo fuerunt in Limbo. At non sunt ingressi. Hoc probat Cotonus. Concedent omnes, inquit, sicut Paradisus terrestris clausus fuit Patribus, Patrumque posteris post lapsum: sic & cœlum, ad ascensionem vsque eius qui appellatur, clausus David: Esaiæ 22. & habere clauẽ Davidis, Apocal. 3. Probat Beccanus, ex 9. ad Heb. In priori tabernaculo semper introibant Sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes: in secundo autem, semel in anno solus Pontifex, non sine sanguine, quem offert pro sua & populi ignorantia. Hoc significante Spiritu Sancto, nondum propalata esse Sanctorum viam, adhuc priori tabernaculo habente statum. Et 10. Habentes itaq; fratres, fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Christi, quam inuitauit nobis viam nouam, & viuientem per velamen, id est, carnem suam. Probat iterum ex Hieronymo, Epist. ad Dardan. Sanguis Christi clauis paradisi est.

IV. Respondeo; negatum iri forte consequentiam ab iis Patribus, qui omnes animas piorum dicunt ad vsq; diem vltimum mundi conseruari certo loco: qui quidem non exigui sunt aut numeri aut nominis; vt suo loco constabit. Hi enim Limbum Papisticum nunquã sunt concessuri: & quia infra terram constitutus, & quia non vltra Christi ascensionem producta: ætatis. Sed illi sane sibi prouident. Nos in hæc minutifcula non iuuat inquirere, quæ vt negotium facessant aduersariis, tamen ad veritatis cognitionem aut nihil conferunt, aut ferẽ nihil.

V. Itaque negatur potius assumptum: vt constet Cotonus, nimis fuisse confidentem sui, qui sperat sibi ab omnibus concludendum. Suo nempe more faciens, probandi labore ingenium liberaturus, fingit consensum. Magnifice sane: Verum hoc loco, hæc ipsa quæstio debuit monere contradictum iri: nam, qui ingressos esse Patres tuerentur, iis necessario negandum est, clausum fuisse.

VI. A Paradiso terrestri non valere argumentum, res ipsa docet: quia ne post ipsam quidem Christi ascensionẽ aditus vlli est in eum: vnde æquẽ posset Cotonus concludere, ne nuhc quidem cuiquam cœlum patere. Quod tamen est absurdissimum: ne que, puto, cuiquam à Cotonis concedendum. Nos ergo dicimus: Si nunc nemo ingrediatur in Paradisum terrestrem, & tamen apertum sit cœlum, non sequi itidem, claudì cœlum, vt Paradisum. Quod si ita est; ergo non necessariam esse consequentiam à clauso Paradiso, ad clausum cœlum.

VII. Neque ratio melior à clauẽ David, quem titulum Christo competere, non est sanus qui neget, & quidem propriissime: sed negamus inde significari, neminem ingressurum cœlum, ante eius ascensionem: sed tantum nisi is aperiat. Addimus autem aperuisse ab initio mundi, vt postea docebitur.

VIII. Beccanus venia dignior: qui in argumentis suis habet ex media antiquitate, quorum nomen præterdat. Nam Chrysofomus ab iisdem locis confecit & ex v. fuisse & βρωτον. Sed nihil tamen erat necesse. Paulus enim tantum dixit, nondum propalata fuisse Sanctorum (sive potius Sanctuarij, vt notauit Beza) viam. Πεφανερωθη enim scripsit, id est, manifestatam, reuelatamque esse. Nihil vero obstat, quominus vtrumque sit verum; & inductos esse in cœlum Patres: & non fuisse tamen adhuc manifestatam viam. Quia nimirum, ne Christus quidem ipse erat manifestatus: quamuis in eum credidisse Patres certissimum sit. Quia scilicet alia erat dispensatio mysteriorum fidei, alia efficacia Spiritus Dei. Ibat ergo Patres in cœlum, per eundem in quem credebant Christum, nam hæc via est, quia itur ad cœlum: qui tamen nondum erat manifeste cognitus, quod nondum venisset.

IX. Chrysofomus concludebat & ομμεβηνης: quia nimirum, viam non cognitam nemo solet vsurpare: vnde putauit pro eodem esse & ομμεβηνης & ομμεβηνης, & ομμεβηνης. Sed non debuit, quod pace tanti viri dictum esto. Nam & in quotidiano vsu, via incognita non eam significat, per quam nemo vnquam iter fecit, quomodo enim via: sed per quam pauci duntaxat: quia videlicet plurimis sit non cognita. Verum, potuit fortasse, vt & ομμεβηνης, sic & ομμεβηνης vsurpare.

X. Quan-



X. Quamquam potest etiam alia dari interpretatio: nimirum typica: ut ne tempora temporibus simpliciter comparentur: sed sacrificia Mosaica, sacrificio Christi. Vtc. 10. Lex umbram obtinens futurorum bonorum, non expressam formam rerum iis hostiis, quas singulis annis easdem continenter offerunt, nunquam potest accedere sanctificare: alioqui desissent offerri: propterea quod qui sacrificassent, ac semel purgati essent, nullorum peccatorum amplius essent sibi consci. At qui in istis repetita sit mentio peccatorum quotannis: non enim potest sanguis taurorum & hircorum auferre peccata. Et post, Quia voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel factam. Manifestum est, non potuisse remitti peccata per sacrificia Mosaica: & manifestum tamen, remissa Patribus fuisse, etiam tum temporis, quum sacrificia illa offerrebant: & per sacrificium Christi, quum tamen nondum peractum esset sacrificium Christi. Certè quomodo nondum dimittebantur peccata, sic nondum aperiebatur via: & quomodo illa dimittebantur, sic ista aperiebatur: quia hæc ipsa peccatorum remissio via est. Typice non remittebantur illa: typice non aperiebatur ista: sed reapse dimittebantur illa: reapse aperiebatur ista: & vtrunq; per futurum Christi sacrificium.

XI. Neque alia ratio alterius loci ex decimo. Consecrauit Christus nobis viam nouam, & viam. Consecrauit quidem, quia re mortuus: quod olim expectabatur, tanquam fundamentum, imo consummatio totius salutis siue nostræ, siue Patrum. Viam nouam, comparatè cum via veteri per ceremonias: quomodo Nouum Testamentum; cuius nõ nos tantum, sed etiam Veteres Patres fuerunt participes. Nobis, scilicet, qui incidimus in plenitudinẽ temporum, ut nobis nasceretur puer: non tamen non & illis, qui viderunt diem illius, & exultauerunt: quamquam non datum eis videre ipsam illam consecrationem.

XII. Secundo obicit Beccanus, Christum primum esse ingressum in cœlum. Et probat ex 6. ad Heb. Ut spem propostam obtineamus, quam velut anchoram habeamus tutam ac firmam, & ingredientem usque in ea qua sunt, intra cœlum: quo praeursor pro nobis ingressus est Iesus.

XIII. Imo nodus nullus. Pro nobis dictum, non pro Patribus. Præcursor ergo cur non relatè ad nos dictum interpretetur? ut ne primus absolute omnium ingressum dicamus, sed primum, id est, ante nos, quicumque incidimus in plenitudinem temporum. Nisi placet sic potius interpretari, ut primogenitum ex mortuis: ad Coloss. 1. & Apocal. 1. primitias eorum qui dormierunt, prior. ad Cor. 15. non quia omnium primus tempore resurrexerit: quum alioqui priores eo redierint in vitam: sed quia eius resurrectio causa sit resurrectionis omnium, tam qui posteriores, quam qui priores. Nam ingressus Christi in cœlos vera & propria causa fuit Patribus æquè, ac nobis, obtinendi aditus in cœlos.

CAP. VII.

De argumentis Papisticis ex Veteri Testamento.

I. Vnc directe disputabunt, fuisse Patres in infernis post obitum, ex Veteri Testamento, post ex Nouo. Primo, Galatinus ex Genes. 15. quum dictum Abrahamo: Et tu ibis vel intrabis ad Patres tuos in pace, & sepelietur in sepulchro bona. Si Abrahæ dictum fuit, ibis ad Patres tuos: Patres autem ipsius, quum idololatras fuerint, quod in inferno fuerint, dubium non est: Abraham ipsum ad infernum descensurum fuisse, certum est.

II. Sed ridiculum est Sophisma. Primum nego, omnes Patres Abrahami fuisse idololatrias. Certe Adamum, Seth, Enoc, Noe, alios quosdam, nemo dixit, aut iure potuit dicere. Quid si ergo dicamus, profectum fuisse Abrahamum ad istos suos Patres? Quid obitabit, quæso: Nam profecto ijs verbis Deus non minatur Abrahamo malum: sed prospera pollicetur. Quod genus autem prosperitatis in pœnis damni, quibus ut audiuimus nullæ pœnæ sunt æquales?

III. Secundo: nego omnes Abrahami patres idololatrias: fuisse apud inferos. Nam oporteret, non tantum fuisse idololatrias, sed etiam in idololatria expirasse. Cur autem non potuerint pœnitentiam agere? Et vero Thare videtur; qui filio ex mandato Dei egresso, terra sua ac cognatione, iterq; suscipienti in terram Canaan sibi promissam, comitem sele itineris addiderit, in eoque sit mortuus itinere: Genes. 11. Vnde notatum à Selomone Iarchi תשובה תרה פשה פשה פשה Fecit Thare pœnitentiam.

IV. Tertio, vide acumen Sophistæ vtentis argumento, cui statim renuntiare cogitur. Concludit iuisse ad patres idololatrias: hos ponit fuisse in inferno. Quo, inquam? Limbone, an Purgatorio? Minime vero: nullus enim ibi locus idololatriæ. Fuit ergo à Galatino concludendum, profectum esse Abrahamum ad infernum illud infimum, proximum centro, vbi sint æterna tormenta: non in extremum alterum, vbi neque tormentum neque æternitas. Horruit tantum facinus, vir non extremæ malitiæ. Et, veruntamen, inquit, quum Abraham fidelissimus esset Dei cultor, ac iustus, nec igne inferni, nec à demonibus infestandus erat: ideo dictus est ad patres suos iturus in pace. Cur non ergo nobis cum conclusit, potius non esse profectum ad patres idololatrias? Nam profectum esse ad eos, sed in Limbum, quantæ stoliditatis dicere? nisi fortè tolerabile videretur monacho, si quis dicat, idololatrias profectos in Limbũ. Nam si hi in inferno, ille in Limbo: & longe distent à Limbis inferni: tum vèro tam absurde dicitur, Abrahamum profectum ad idololatrias in Limbum: quam idololatrias, profectos ad pios Patres Sethum, Enochum, in gehennam.

V. Quarto. Sophisma est τὸ πρὸς τὴν ἀνάστασιν τῶν ἀδελφῶν. Nam ite ad patres, significabat Hebræis mori: quia scilicet patres intelliguntur, qui ante nos fuerunt, ideoque mortui. Sic per ἡμεῖς ἡμεῖς mors est ἡμεῖς ἡμεῖς significata. Vatablus: Hebraismus, ibis ad patres tuos, pro, morieris ut maiores tui. Sicut in alijs locis: Iudic. 2. Omnis illa generatio congregata est ad patres suos. Quam phrasin hoc nostro loco retinuit Chaldaeus paraphrastes, לורן אבותך, Et tu colligeris ad patres tuos: Gen. 47. Sed dormiam cum patribus meis. Samuel. 7. post. Quum completi fuerint dies tui (Dauidem alloquitur) & dormieris cum patribus tuis. Prior. Reg. 11. Dormiuitque Salomon cum patribus suis. 14. Et dormiuit Ieroboam cum patribus suis. Sic alias sæpe: vt appareat pro- uerbialem fuisse apud Hebræos phrasin quæ mortem describeret cuiusque, siue pij, siue impij. Nam profecto de impijs esset immanis καταλογισμός, dormire cum patribus, si ad statum animæ pertineret. Dormire enim, quiescere

est. Quis autem credat, aut Ieroboami animam, aut Roboami (nam de Roboamo similiter dictum eodem 14. prior. Reg.) iuisse in quietem piorum, quibus erant oriundi?

VI. Denique, Galatinus ipse paulo post de Saule: Aiumt quidam ex nostris, Augustinus is fuit) & recte quidem, quod quum mortuus tunc uiuo mortem prænuntiaret, uerbum illud, Cras mecum eris, ad parem non loci, sed mortis conditionem refertur. Quid hoc iam iniquitatis est? potest ferre, quum Saul impius dicitur futurus cum Samuele pio, significari, tantum futurum inter mortuos, itidem vt Samuelem: at quum audit, Abrahamum futurum cum patribus, nisi præter mortem, etiam locum mortui concipiamus, ferre non poterit? Hoc quidem regnare est, non disputare.

VII. Alterum locum huic similem citatidem Galatinus, sed vt Bellarminus, Stapletonusque, & quis non? ex Genes. 37. vbi Iacob, Descendam, inquit, ad filium meum in infernum. Pius erat Iacob, ait Bellarminus, pius etiam Ioseph: & tamen vtrumque non ascendisse in cœlum, sed ad inferos descendisse Scriptura significat.

VIII. Rectè, inquam; sicut alias probare meminimus ab usum Veterem Interpretem nomine inferni, vt Græcum nomine ἀδύς pro שואל sepulchro. Nam Iacob teitatur se iturum in sepulchrum, lugentem filium suum. Pietas autem nemini obstaculo fuit, quominus sepeliretur. Vatablus: Id est, lugere filium meum, usque ad mortem ipsam: hoc est, moriar in ipso luctu. Mercerus: Quasi dicat, tota uita luctu indulgebo ob filium, & in filij luctu perseuerabo ad mortem usque, nec nisi morte mæror hic ex animo discutietur. Paulus Fagius in Targum huius loci: Tanquam lugens in foueam: id est, in sepulchrum: quasi dicat, filio meo Ioseph mortuo non possum amplius uiuere.

IX. Instat contra Galatinus, primam autoritate Rabbi Selomonis: In infernum, id est, in sepulchrum, iuxta literam quidem superficiem, sed iuxta Midras, hoc est, secundum glossam, est in gehennam.

X. Sed ille inuideliter locum Selomonis expressit. מקבר ולא אתנחם כל ימי ובמרדך גיהנם כפשוטו לשון קבר הוא באבלי. Hæc sic sonant; Secundum proprietatem suam, significat sepulchrum: in luctu meo sepeliar, neque consolationem admittam omnibus diebus meis. Et in Midras, gehenna: Vbi primo non asseritur, hoc loco, hisque Iacob uerbis, gehennam intelligendam, quod Galatinus, aut putauit, aut putasse videtur: sed duntaxat idem uocabulum, quod proprie sepulchru denotat, significare et interdum gehennam: et si nõ hic, salte alibi. Deinde, nõ debuit, Midras, simpliciter uerti glossa, sed glossa subtilior, & quæ discedat à sensu literali ad tropos & allegorias דרך פשוטו על קראו מדרש, quæ non est iuxta simplicitatem suam. Opponunt enim Rabbinim פשוטו מדרש, haud secus ac Latini, sensum literalem & mysticum. Idem Leuita. משמעו נקרא פשוט פירוש כל הפסוק לפי גלסא cuiusque textus biblici, secundum auditum eius, id est, ad litteram, uocatur Pasa.

XI. Dico igitur primo, nihil esse, quod cogat Selomonem interpretari, quasi diceret, posse hunc locum intelligi vel de sepulchro, vel de gehenna: sed tantum uocabulum שואל, proprie esse sepulchrum, allegorice gehennam. Dico amplius, posse sic reddi, debere hoc loco accipi iuxta proprietatem suam: et si Midrasch transtulerit ad gehennam. Solent enim Rabbinim, hac phrasè כמשמעו uti, quocies iubent eum, quem præ manibus habent locum, suam ad litteram.

XII. Deinde, si daremus, liberum fecisse vtrumuis sensum; tamen sequeretur, nullam esse vim argumenti: quia non possit nos Galatinus cogere in suum: at si retinetur literalis, tum manifestum est, consequentiam esse ineptam. Præterea allegoriæ sola vox debuerat uirum bonum deterere: & quia nulla allegoria quicquam probat, & quia Rabbinorum est, allegorias sectari quascunque, & plerisque fabulosas, alienas non à textu tantum, sed etiam à bona mente. Atque adeo hoc ipso loco notat Selomo, Iacobum fuisse certum se non iturum in gehennam, si modo nullum ex liberis mortuum videret. Egregium commentum, & dignum quod Galatinus in delicijs habeat.

XIII. Denique, vt hæc omnia concedam, etiam absurdissima Iudæorum somnia: tamen hoc quæram, unde Galatinus reseierit Gehennam esse Limbum Patrum, hoc est, locum vbi nulla sit pœna sensus: extimam illam inferni partem. Nam Elias in Thisbi. מקום עונש הרשעים אזור מותם. Vocantur Doctores nostri felicitis memoria, locum afflictionis impiorum, post mortem eorum Gehennam. En tibi. Sic nimirum docebat Midras, subtilis illa & allegorica expositio, Iacobum iturum ad inferos. Sic magnifice Galatinus probat iturum in Limbum.

XIV. Sed pugnat etiam ratiõ. Iacob filij sui corpus non opinabatur sepultum fuisse, sed à fera pessima deuoratum. Ex quo proculdubio liquet, ipsum nec de se, nec filio, quantum ad corpus, sed quantum ad animam, fuisse loquutum: neque etiam de tumulo, sed de inferno, quo animam filij suam præcessisse credebat, ea uerba protulisse.

XV. Mitto Selomonem, qui interpretatus est, non, ibo ad filium meum in infernum: sed, descendam, lugens super filio meo, in infernum: quod mihi quidem durius uideretur, quam vt admitat simplicitas Hebraica constructionis: ne quid dicam de prosodiæ ratione, quæ prorsus exigit, vt legamus, descendam ad filium meum. Concedo igitur ita esse loquutum Iacobum: concedo, putasse filium deuoratum à feris: concedo etiam, non cogitasse de sepulchro filij, quod nullum censebat. Sed nego tamen, non loquutum de sepulchro suo. Nihil enim obstare, quominus dicamus: ego, quum ibo ad sepulchrum meum, ibo ad filium, et si is non sit sepultus. Nimirum, quia phrasim descendendi ad filium; vsurpauit ex vsu communi ad significandam mortem. Nempe, significabatur status mortis, non locus mortuorum. Iosephus si laniatus fuisset à feris, æque mortuus fuisset ac Iacobus conditus in sepulchro: & hoc modo Iacobus conditus in sepulchro, fuisset cum Iosepho laniato à feris. Et ear non sic: quum Papiſtis liceat illud Samueis excitari a Pythonissa, Mecum eris, dictum referre, non ad æqualitatem felicitatis, sed ad parem conditum emortis: quod uterque homo fuerit, & uterque mori potuerit? Sic enim interpretatur Fronto Ducæus in notis ad Nylenum de Pythonissa. Poterit ergo Iacob esse loquutus, de communi mortalitate, quæ se æquatúra erat filio: vt nihil necesse sit Limbum somniare.

XVI. Addit Stapletonus, ex 44. c. Deducetis canos meos cum mærore ad inferos. Sed nihil est noui: imo, idem puerilis lus in uoce inferni, pertinaciaq; in uoce שואל. Mirum, ni hæc eadem audacia nobis etiã aut canos ponat in anima: aut corpora ipsa in Limbo, non à Iacobo dictum deducetis animam meam sed



sed carnos meos. Porro, Emmanuel Sa contentus est simplici sensu: Id est, eris tibi mihi causa mortis, seu efficietis, ut pra morte animi moriar.

XVII. Bellarminus, Zacharia 9. Tu autem in sanguine Testamenti eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Quem locum Hieronymus & Rupertus in commentario exponunt de descensu Christi ad inferos. Et sane conuincitur hinc animas Sanctorum ante Christi mortem non fuisse in caelo. Nec enim caelum per lacum significari potest: aut ex caelo Dominus Sanctos suos eduxit, aut in caelo vlli sunt vincti.

XVIII. Imo, nos, tom. 2. lib. 6. c. 8. negauimus hunc locum pertinere ad illum Christi descensum. Nunc addimus, ita disputare Bellarminum, quasi edicto perpetuo sancitum sit, ne quis hunc Prophetam locum interpretetur, nisi de animabus post mortem liberatis. Quo posito, fateor, vel illud de Limbis, vel etiam alia multa sequuntur absurda. Sed hoc ipsum violentum est imperium: non vlla necessaria ratiocinatio. Nam cur non intelligantur viuentes homines? Nisi forte nullus lacus aut proprie, aut metaphoricè est, nisi mortuorum. Atqui est aliquis, nisi Dauidi fidem abrogamus, qui, Psalm. 40. Exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriae. In qua verba sic commentatur Bellarminus: Describitur locus profundus, carens lumine, & luto putrido plenus, in quem multi deciderunt, ex quorum motu & eiulatu existit tumultus, & confusio magna, quam Septuaginta Interpretes generatim miseriam appellant. Hic status est impiorum, qui carent lumine notitia Dei, & mandatorum eius, & infixi sunt in limo carnalium cupiditatum, ex quibus non solum fit, ut non possint ambulare ad aeternam felicitatem, sed perpetuo inter se tumultuantur, & contendunt. Ab hoc profundo liberat nos gratia Redemptoris, quum incipimus per fidem cognoscere verum Deum, & vera ac sempiterna bona, & per spem & caritatem liberari à cupiditatibus terrenis: & pacem Dei, atque animam tranquillitatem possidere.

XIX. Si est igitur aliquis locus viuentibus, cur necesse est Zachariam non prophetaffe nisi de Limbo? At certe aliter Augustino visum, 18. de Ciuitate. 35. Alio loco, ad ipsum Christum in spiritu propheta loquens, de remissione peccatorum per eius sanguinem, Tu quoque, inquit, in sanguine Testamenti tui, emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Quid per hunc lacum velit intelligi, possunt diuersa sentiri, etiam secundum rectam fidem. Mihi tamen videtur non eo significari melius, nisi humanam miseriae siccam profunditatem, quodammodo & sterilem, vbi non sunt fluentia iustitia, sed iniquitatis lutum. O improbum Augustinum: qui tantum locum eripuerit Papistis. Itane Limbos Patrum, lacum esse in quo neque fluentia iustitiae sunt, & sic iniquitatis lutum? Peristis, Papistae: nisi Augustinum potius itis perditum.

XX. Cyrillum audi, Bellarmine: *ὁ δὲ ἀδὴν τὸ σπὶν ἵχθυος ζῶντος ἐν τῷ ὕδατι τὸ εἶναι τὸν ζῶντα τὸ ὕδωρ* (ὁ γὰρ ἀδὴν καὶ πλοῦν ἕρπυλλον μὴ ἀὶ ὀρθῶς, τὴν ἕρπυλλον τοῖς ψευδῶν: τοῖς θοῖς ἀπ' αὐτῶν. ὁ δὲ γὰρ τὸ ἀλγεῖν τὸ χροῖον τῶν, εἰ δὲ ἄπειρτος ἔλας καὶ πλοῦν ἵχθυος ἀμείψων ἡσυχίας περὶ αὐτὸν τὸν ὕδατος: τὸν ἀπ' infernum, vbi non est vita, significari dicimus (aquam enim pro simbolo vita accipimus licet) aut certe infernum conuenientissime falsorum Deorum fallaciam interpretabimur. Verè enim fouea est, in quam si quis peritus deciderit, vita futura ac sempiterna carebit. Audi & Theodoretum conspirantem: *Liberasti eos à lacu non habente aquam. Hunc autem lacum, siue de morte aeterna, siue de errore idolorum velit quis intelligere, non à veritate aberrabit.* Et post, *Quum in hoc lacu vincti essent homines: Dominus Christus soluit, & abstraxit, & pretioso sanguine eis libertatem donauit, & ad viam vitæ emisit, quum Nouum Testamentum eis dedit.*

XXI. Quid? Tuum testem: tuum, Bellarmine, testem quid dicam? Hieronymum, inquam, quo tu magno sane nomine sperasti nobis terrorem incutiendum, & infirmioribus facilis impositum iri (nam in Ruperto, ob immanè ætatis discrimen, minor puto fiducia erat) Is Hieronymus sic infernum interpretatur, vt addat (alias monui) in quo nulla est misericordia. Quid tibi nunc animi est? Aut potesne Limbum illum extimum interpretari sine misericordia, sine vita; barathrum idololatriæ? Ergo tibi solus illè Rupertus ad stipulatur; & longum sane solus ad stipulatur.

XXII. Nihil ergo nobis difficile. Lacum non esse caelum, nemini dubium: neminem educi à caelis, æquè certum: neminem in caelis esse vinctum, merum est oraculum. Sed ergo, lacum esse Limbum; male illatum est. Nam & idololatria, lacus est: & miseria humanae vitæ, lacus est: & infernum damnatorum, lacus est: nisi tu mentitos dicas, Augustinum, Cyrillum, Theodoretum, Hieronymum. Et ab idololatria, à miseria, ab inferno damnatorum liberatio in hac vita: non, inquam, post mortem: sed iam nunc in hac vita: lis qui ad viam vitæ emittuntur: iis quibus Nouum Testamentum datur: qui incipiunt per fidem cognoscere verum Deum.

CAP. VIII.

De Anima Samuelis.

I. Animas Patrum fuisse in inferno, potentissime probari putat Bellarminus, tum hic, tum cap. 6. lib. 2. de Purgatorio, ex I. Samuel. 28. Nam quum Samuel apparuit Sauli consulenti Pythonissam, eius anima de terra ascendere visa est.

II. Sed negatur, animam Samuelis visam ascendere. Primum enim, in tota ea historia, nihil est, quod animam aut nominet, aut describat: sed tantum corpus. Interrogat Saul, *Qualis est forma eius?* Respondet *γυναῖκός ἐστιν, Vir quidam senex ascendit, & ipse amictus est pallio.* Certe, neque senectus, neq; pallium, quicquam habent commune cum anima. Non ergo ipsa visa est anima; sed, aut corpus, aut certè forma quadam corporis. Quare, nihil mirum, si de terra visa est ascendere, vbi condi consueuerunt mortuorum corpora. Concludi ergo potuit, corpus Samuelis fuisse in terra: sed animam, nihil necesse.

III. Necdum tamen nego, ipsum Samuelem excitatum fuisse; Samuelis inquam, animam. Liceat mihi, cum bona veritatis venia, tantisper velitari. Tamen nego; legitime concludi animam Samuelis fuisse in terra. Fuisse autè? Non hoc erat in quaestione: sed, mansisse tanquam in diuersorio; aut quomodocunq; volēs: vno verbo, tanquam in Limbo. Nam, ad monumentum fuisse concedi potest, Disce à simili. Ioan. 1. visus describitur Lazarus prodire

de monumento manus & pedes vinctus fascijs. Nec illusio fuit, aut impostura: sed verus, tum corpore, tum anima. Lazarus: itaque concedo, fuisse animam Lazari in monumento: si enim non fuisset, non esset egressa. Sed, fuisse in monumento animam Lazari, tanquam in assignato loco, aut ante momentum illud proprie resurrectiois; concludetne Bellarminus?

IV. Præterea, Martinus ille Delrio, magnus magicorum mysteriorum *ὁ φῶς*, disquisit. magicar. lib. 2. quaest. 6. effectus magicos distinguit in veros, in falsos, in mixtos ex vtriusque: tunc hanc Samuelis euocationem constituit ordine tertio, *Mea sententia, inquit, illud de Samuelis animam omnino pertinet ad mixtorum classem. Vera enim fuit Samuelis anima, qua apparuit: falsas tamen, siue deceptio sensuum in eo reperitur, quod visa obtemperare voci Pythonissae: item quia verum suum corpus, aut verum sindonem non attulerat, ut videatur.* Et fidem haberi Delrio, saltem potius quam Bellarmino, in rebus magicis crediderim æquum esse; quia vnicuique in arte sua experto credendum sit: quomodo putarim in controuersijs plus à Iesuitis deferri Bellarmino. Et ratio facilis; quia, quemadmodum ingenti isto controuersiarum corpore probauit Robertus, se totum in eo studio fuisse: sic Martinus, magno illo disquisitionum volumine, persuasit iam omnibus expertissimum esse se omnium magiæ partium. Neque hanc ei laudem vel Cotonus inuideat: quamuis ipse specimen editum voluerit suæ in eadem arte solertia; in Veritate & antiquitate Millæ, §. 54. Hoc posito, dico, quemadmodum non est verum, animam Samuelis habuisse tale corpus, aut tali nuptam fuisse pallio; etsi sic visa sit: ita ne egressam quidem è terra, etsi visa sit egredi.

V. Nunc prouehor altius in huius quaestionis mare. Ipsam illam beatam Samuelis animam, nego visam, nego exitatam: nego prorsus apparuisse Saulo: sed spectrum duntaxat Pythonissæ ab impostore Diabolo pro beata anima. Et nego, post Petrum Martyrem in hanc ipsam historiam: postq; Ioann. Rainoldum, in Censura lib. Apocryph. Argumenta mea post video.

V. Sed contra nunc, ipsissimam Samuelis animam apparuisse Bellarmino disputat, triplici conatu, primo à testibus: secundo ab ipso textu: tertio ex Ecclesiastico. Sed Ecclesiasticum ego missum faciam, librum Apocryphum, nulli fidei aptum in rebus tantis: atque ob hoc ipsum mendacium, merito in ius vocatum à Rainoldo. Si tamen Ianfenio fides, nihil ille Bellarmino prodest: *Autor hic sequutus est historia narrationem: proinde sicut illa loquitur de imaginario & phantastico Samuele, tanquam de vero, qualem suo merito decepti Pythonissa & Saulesse crediderunt, ita & iste. Nec obstat, quod in laudem Samuelis istud hic afferatur: quia ad laudem illius hoc facit, quod in illius & bonitatem, & veritatem Saul in summa consensens desperatione confusus sit, quodque illius merito Deus per malignum spiritum ab Angelo edocuit, veritatem predicere & reuelare voluerit, ut ob id quasi Samuel ipse futurorum euentum prädixerit, quia propter illum veritatem prænuntiari & prophetari permisit.*

VII. De testibus. Ita docent, inquit, Ioseph. lib. 6. Antiquit. c. 15. Iustinus dialogo cum Tryphone: Basil. epist. 80. ad Eustath. medicum: Ambros. in 1. Luca: Hieron. in 7. Isaia: August. de cura pro mortuis. c. 15. Recentiores, Lyranus, Abulensis, Dionysius Carthusianus, Caietanus in eum locum.

VIII. Sed his ego testibus primum testes oppono: & magnam quidem partem non à me subornatos, sed à Martino Delrio suscitatos, disquis. Magic. lib. 2. qu. 6. *Hoc de suscitato per Pythonissam Samuele, illusorij annumerat qui volunt non ipsam Samuelis animam sed demonem laruatum ac subditum aduenisse, Scriptores sane graues hoc arbitrati.* Hos autem graues viros in margine enumerat hoc ordine: Tertullianus, libri de anima. c. 37. Cyrillus, lib. 6. de adoratione in spiritu. Anastasius, quaest. 37. in Scripturam. *Autor quaestionum à Gentilibus propositarum, qui falso dicitur Iustinus Martyr, quaestio. 57. Autor lib. 2. de mirabilibus S. Scripturae, cap. 2. & lib. quaestio. Veteris & Noui Testamenti, quaest. 27. qui libri non sunt D. Augustini. Ipse tamen Augustinus videtur hic inclinare in responsione ad quaestiones Simpliciani, & ad quaestiones Dulcitij aperte tenent D. Isidorus, Basilisus, in c. 8. Ista & Eucherius, Beda, & Hildegardus, & Saluberiensis 2. Polycratici c. 2. 2. & ambigens non parum D. Thomas, non vno loco. En tibi decem testibus Bellarmini, quatuordecim testes oppositos Martini, paucioribus plures.*

IX. Et omnia tamen Martinus, Philastrium, cuius verba à cap. 26. *Alia est haeresis de Pythonissa, quo cooperientes vestimentis mulierem, & ab ea quadam responsa sperabat posse consequi: ut & aiunt, Pythonissam illam beati Samuelis animam ab inferis excitasse. Et post: Cumque plurimi huic acquiescere mendacio malint, in perpetuum aescendant interitum, quum Propheta dicat, Iustorum anima in manu Domini, & non tangit eas mors. Quomodo igitur anima impia, sanctamque animam, & Prophetam maxime poterat ab inferis excitare? Omisit Gregorium Nyssenum, qui in epistola ad Theodosium de Ventriquo: *ἔστι ποί τὸν πῶν ἡμῶν ἀληθῆ νομοῦ τὸς γῆρας τὸ ἐκείνης τῆ ἐπι & Σαμὴλ ψυχαγωγία. Quibusdam ante nos placuit verà arbitrari prestigiatrix illius in Samuele animarū euocationem. ἐγὼ δὲ πρὸς τὸ εὐχρηλικὸν γὰρ μαβλεπῶν, ὁ δὲ μισθὸς τῶν κακῶν, τὴν ἀναθῶν ἐς ἡέρα τὴ φησὶν ὁ πατριάρχης μαβλεπῶν ὅτι πῶν ἀρχῶν κέρει, ὡς ἀμύχανοι εἶναι τοῖς πεκατοῦσι τῶν τῶν δικῶν ἀντι. ἀναβλεῖα. ἢ τίς ἀγῖς ἐς πῶν τῶν πῶν γῆρας ἄσπερασῶν, ὁ δὲ γῶν ἀληθῆ ἴσται, πῆς εἶναι πῆς τῶν πῶν ἀπολήφῆς δὲ δῶν ἄλῆθῆς ἀπαι τὸ ἰαγγῆλιον. Ego vero dum mihi in mentem venit Euangelicum illud chaos, quod in medio bonorum, malorumque firmatum est, inquit Patriarcha, vel potius Patriarcha Dominus: ita vt neque possint damnati ad Sanctorum quietem ascendere, neque Sancti ad improborum coetum penetrare: veras esse sententias eiusmodi non admitto: vt pote qui solum verum credere Euangelium sum edocuit. Τὸ πῶν Σαουλ εἰ δῶν, ὡς ἐπιπῆρας γῆρας, ὅτι: Cum itaque Saul de sua salute desperaret, quod omnes copias suas aduersus ipsum alienigena omnes collegissent, sibi que persuasisset se à Samuele viam aliquam, atque rationem edoceri posse, qua incolumis euaderet, τὸ πῶν γῶν τῆ ἰγῶν εἰ μὴ δῶν ἄμῶν, ὁ δὲ ἴσται πῶν τῶν ἀσυνήθειας τὸ γῶν ἄμῶν εἰς ἀσπῶν μῶν εἰς σκιδῶν τῶ γῶν εἰς ἴσται, ὡς ἀμύχανοι εἶναι τοῖς πεκατοῦσι τῶν τῶν δικῶν ἀντι. ἀναβλεῖα. ἢ τίς ἀγῖς ἐς πῶν τῶν πῶν γῆρας ἄσπερασῶν, quod ventri insidebat Daemonium, à quo de more muliercula decipiebatur, variis sibi formas umbratiles in muliercula oculis effingebat, quum interim nihil eorum, qua conspiceret muliercula, Sauli appareret.**

X. Omisit Theodoretum, quaest. 62. in 1. Reg. *Nonnulli dicunt, ea vere retulisse Samuelem: nonnulli autem hoc quidem Demonem ostendisse figuram Samuelis, & dixisse quae saepe audierat, dicentem Samuelem, ignorasse autem diem mortis Saulis: Ego primum quidem existimo esse impium: existimo enim*



vim mulieres necromanticas ne quamlibet quidem reducere animam, tantum abest, ut Propheta, & tanti Propheta. Est enim perspicuum, quod in aliquo alio loco degunt anima expectantes resurrectionem corporum. Est ergo valde impium, credere venturam habere vim tantam. Omisit Procopium, cuius hæc sunt in eam historiam: Quidam dicunt, Samuellem verè reuocatum esse. Cate- tum, quid magis impium est, quam si dicamus, demones, incantamentis curio- foris, in animas potestatem habere, in quas, quoad homines vixerunt, potestatem nullam habuerunt? Igitur, vel spiritus impostor formam Samuelis simulat, & il- la dicit, quæ sapenunero ex Samuele audiuit, tempus quidem Samuelis mortis i- gnorans, vel Angelus Dei, sicuti voluit, formam Samuelis adscripsit, Domino sen- tentiam per contrarium effereute.

XI. Omisit recentiores, & quidem Papistas. Paulum Brugensem, qui, addit. 2. ad Lyran. super hoc loco disputat, non animam, sed solum corpus fuisse excitatum. Omisit Gratianum, causa 26. quæst. 5. cap. Nec mirum. Omisit Ioannem de Turcerem. in hoc ipsum Gratiani caput. Omisit Steu- chum, de perenni Philosophia, lib. 8. c. 37. Omisit Ioann. Arborem, Theo- sophia lib. 17. c. 5.

XII. Quid? quod inuitos nonnullos Bellarminus in suum subsidium aduocauit? Certè Hieronymus in 7. Etsia, suam sententiam nullus explicat, sed alienam refert: Florique putant, inquit, Saulem signum accepisse de terra, & de profundo inferni, quando Samuelem, per incantationes, & artes magicas visus est suscitasse. Et tamen ne suscitasse quidem dixit, sed visum suscitasse: quomodo rursus in Ezechiel. 13. Has autem, dicitur Hebraei, maleficis artibus erudita, per necromantiam, & pythicum spiritum, qualis fuit illa, que visa est suscitasse animam Samuelis. Qui locus citatur in Glossa ordinaria Lugdunen- si, inter eos testes, qui negarunt, ipsam animam suscitatum. Et vero in prio- re loco, si credidisset Hieronymus suscitatum, quomodo ex profundo infer- ni dixisset esse testimonium? Nam Limbum Papistæ negant esse in profundo inferni: imo propterea Limbum appellant, quia summam oras occupet.

XIII. Basilius, epist. illa ad Eustathium, obiter tantum animæ, imo non animæ, sed animarum meminit: *ἡ ἐν τῷ πνεύματι καὶ ἐν τῷ σαρκί* καὶ τῷ πνεύματι καὶ ἐν τῷ σαρκί: Psychonista illa suis incantationibus Sauli illudens, animas, quas inquirebat, Deos se vidisse dicit. Ex quibus verbis: si quid Bellarminus eruat certi in rem suam, mirus ipse fuerit. Sed idem Basilius, inter oppositum sententiam, nomina- batur à Delrio. Et vero non ambiguus locus est, aut verba persuntoria in 3. Etsia: Demones, que sententia, ac decreto Dei constituta erant, iamque pa- lam euulgata, sapenunero amuntiarunt his, qui facile in fraudem illicituntur: sicuti fuit Psychonista ille spiritus, quem consuluit Saul per diuinatricem, futuram stragem amuntiauit ministerio demonum. Erant enim demones, qui stridentes seipos transformabant in habitum & personam Samuelis.

XIV. Sed & Augustino iniuriam fieri, si noluit à Petro Martyre doceri, at didicisset saltem à Paulo Brugensi, boni eius Patris sententiam vindicante contra Lyranum, qui primus, opinor, tam augusto nomine abusus est: Rectè inueniunt verba Augustini, inquit, manifeste constat de mente illius esse, quod i- sta apparitio Samuelis fuisse præstigiola, & demoniaca. Nam, in epistola ad Sim- plicianum, que super hunc passum in glossa ponitur, licet duos modos dicendi pro- ponat, non tamen æqualiter. In illo enim modo ubi dicit, quod spiritus Samuelis apparuisset, talia autem verba ponit, scilicet, non est absurdum, credere, aliqua dispensatione permixtum fuisse. Quæ quidem verba si ponderentur, non asserunt, non esse inconueniens, neque falsum, hoc di. ere: sed solum dicunt, non esse absurdum: multa enim non sunt absurda, quæ tamen sunt falsa, vel inconuenienter dicuntur. In capite vero, Nec mirum, per postillatorem allegato, totaliter & indistincte ten- net vnam partem, scilicet, quod non Samuel secundum veritatem apparuit, sed demon in eius specie. Quum igitur secundum veritatem hæc sit propria opinio Au- gustini, & non sit alius de Doctores Ecclesia approbatus, qui oppositum videatur tenere, satis debet sufficere auctoritatem, etiam si per Ecclesiam hic non determi- netur. Sic Paulus, & tam vere, vt ne Matthias quidem Thoringus, qui ex e- ius infectione perpetua sibi laudem querendam putauit, habuerit quod opponeret.

XV. Sed non istos ex Augustino locos Bellarminus indicabat: verum alium de cura pro mortuis. Ita est, & miratus sum, quid ei vincerit in mentem, vt inde sibi persuaderet, Augustinum abire in partem affirmantem. Nam, istoc ipso loco rem profecto totam Augustinus relinquit in medio; ne propugna- ta quidem Ecclesiastici auctoritate. Relegamus, e. c. 15. Mitti ad viuos aliquos ex mortuis, sicut è contrario Paulus ex viuis in Paradisum raptus est, diuina Scriptura testatur. Nam, Samuel Propheta defunctus, viuo Sauli etiam regi, su- tur a prædixit: quamuis nonnulli, non ipsum fuisse, qui potuisset magicis artibus o- uenari: sed aliquem spiritum tam malis operibus congruentem, illius existiment similitudinem figurasse: quum liber Ecclesiasticus, quem Iesus filius Sirach scri- psisse traditur, & propter eloqui nonnullam similitudinem, Salomonis pronuntia- tur, contineat in laude Patrum, quod Samuel etiam mortuus prophetauerit: Sed si huc libro ex Hebraeorum, quia in eo non est, canone contradicatur, quid de Moysè dicturi sumus? Hæc ibi Augustinus; tam persuntoria, tam frigida, tam exlan- guia, vt mirum sit, vel Iesuitam potuisse inde sibi ipsi fucum facere. Nam, quum vna Ecclesiastici auctoritate eam opinionem confirmasset, tum non putauit non monendum lectorem, vacillare hanc ipsam auctoritatē; eo quod ei libro contradicatur; & quidem graui præiudicio, quod non sit in canone Hebraeorum, id est, librorum Veteris Testamenti. Huic obiectioni quid op- ponit? Nihil profus. Quid ergo? Transit ad aliud exemplum, cui contradici non possit. Ergo illud relinquit in medio: vt dicebamus.

XVI. Ast in quæst. 3. lib. 2. ad Simplician. In hoc facto potest esse alius faci- lior intellectus, & expeditior exitus, vt non vere spiritum Samuelis excitatum à roque sua credamus, sed aliquod phantasma, & imaginariam illusionem Diaboli machinationibus factam. Item 2. de doct. Christi. c. 23. Non quia imago Sa- muelis mortui, Sauli regi vera prænuuntiauit, propterea talia sacrilegia, quibus i- mago illa presentata est, minus execranda sunt. Et non est hæc potius Augustini censenda sententia: Sed apud Gratianum, cap. Nec mirum. q. 5. cautia. 26. Fraterea, quidam querendum putant, quomodo Scriptura narrat, Pythoniisam Samuelem Prophetam suscitasse ad colloquium Sauli impiissimi regis, si pythonica diuinitio errori magica artis deputanda sit. Quibus responderi potest, inuagnum omnino facinus esse, si secundum verba historis commo detur assensus. Quomodo e- nim fieri poterat, vt arte magica atraheretur vir & natiuitate sanctus, & vita operibus iustus, aut si non attractus est, consensit. Quod virumque de iusto crede-

re aduersum est. Si enim inuitus adductus est, nullum suffragium habet iustitia: si autem voluitarius, amisit meritum spirituale, quod positus in carne quæsierat, quod valde absurdum est: quia qui hinc iustus recedit, permanet iustus. Porro autem, hoc est prestigium Satana, quod vt plurimos fallat, etiam bonos in potestate se ha- bere confingit. Quod Apostolus inter cætera ostendit, dicens, ipse Satanas transfi- gurat se in Angelum lucis. Vt enim errorem faceret, in quo glorificaretur, in habi- tu viri iusti, & nomine se subornauit, vt nihil proficere sperem, quam predicabant Dei cultores, mentiretur: quando hinc exeuntes, iustos iuxta in sua esse potestate.

XVII. Sed enim, non obstat, ait Bellarminus, quod lib. 2. ad Simplician. du- bitauerit, an fuerit illa anima, necne: Nam librum de cura pro mortuis scripsit po- sterius, & re diligentius considerata. Et paulo post: Et hoc est argumentum (au- toritatem intelligit Ecclesiastici) propter quod libro de cura pro mortuis asserit, vere fuisse Samuelem illum, qui apparuit, cuius testimonij non memineras, quum scriberet ad Simplicianum.

XVIII. Imo, bis mentitur Iesuita. Semel, asseruisse in de cura pro mor- tuis; verè fuisse Samuelem: nam id tam aperte falsum, vt sola refutetur lectio- ne; ad quam prouocamus. Nam, & ipsam Ecclesiastici auctoritatem, quam non venisse in memoriam scribenti ad Simplicianum, ex sola coniectura ille diuinat, in medio relinquit, vt diximus. Iterum, dubitasse in eo ad Simpli- cianum. Nam, etsi non determinatè pronuntiet, tamen aperte declarat, se in nostram sententiam ire, saltem magis inclinare: quod etiam Lyranus obser- uauit. Augustinus videtur, inquit, magis declinare ad alium dicendi modum. Et certè eius verba ita sunt, vt satis ostendant, quanto plurius hanc partem fecerit: Alius facilius intellectus, & expeditior exitus. Veruntamen, quid dicemus de libris de doctrina Christiana? quid de illo apud Gratianum capite? Nihil en- nim in iis est, aut ambigui, aut suspensi.

XIX. Sed posterior fuit Cura pro mortuis. Esto sanè, inquam. Sed reco- gnouit vtrumque. Et tamen non reuocauit; vt alias solet: & quidem in re- bus minoris momenti: & quidem hac peculiariter annotata quæstione: vt mittam, quod notauit, in Cura, nihil asserere; in, ad Simplicianum apertius loqui. Quid? quod de octo Dulciti quæstionibus, scripsit post curam de mor- tuis; & in ea tamen hoc ipsum, de Simuelis anima repetit totidem verbis ex ad Simplicianum? An ne tum quidem diligentius considerarat; aut non me- minerat Ecclesiastici?

XX. Hactenus de testibus. Summam nunc subducamus. Decem omni- no erant Bellarmino laudati. Nos inde tres detraximus, nomina inuitos a- pud eum profitentem, Hieronymum, Basilium, Augustinum. Superfunt ergo septem duntaxat. Ex his quatuor recentissimi, Lyranus, Abulenlis, Carthu- sianus, Caietanus. Quintus Iudeus, nempe Iosephus. Quare ex antiquita- te Ecclesiastica soli superfunt, Iustinus, & Ambrosius. Contra vero, quatuor- decim testes indicauit Delrio: quibus nos addidimus quatuor Veteres; recet- res quinque. Omnes, quatuor & viginti. Quatuor & viginti aduersus duos. Et non præponderabunt?

XXI. Sed, autores citati, inquit Bellarminus, omnes, aut incerti, aut obscures. At, qui contrarium docent, certi & clari simi. Itane? At Delrio, viros graues dicebat. Tum autem cur incerti, tur obscuri, Tertullianus, Cyrillus, Gregorius Nyssenus, Anastasius Nicenus, Augustinus, Isidorus, Basilius, Theodoretus, Philastrius, Procopius, Eucherius? Scilicet incertos, obscuros, Iesuita vocabunt, quicunque tibi non fauebunt: si qui fauebunt; vel vide- buntur fauere, tum nihil certius, nihil illustrius.

XXII. En tibi iustam Bellarmini causam, vt diceret suam sententiam, & communiorem, & probabiliorem, & tutiorem. Sed communiorem quo- modo? si ab opposita plures autores? Probabiliorem quomodo? quæ, vt se ab absurdo defendat, cogitur (vt statim constabit) ab historiarum veritate rece- dere, & comminisci, quæ nemo dixit, nisi natus annis circiter bis mille post eam rem gestam. Itaque, contradicentem Bellarminus habet Iansenium, qui, in 40. c. Ecclesiast. probabiliorem difertè nominat oppositam senten- tiam. Quomodo denique tutiorem? Nam certè nostram, qui auius sit hære- feos, blasphemiae, aut impietatis accusare, nemo natus, ne inter Iesuitas quidem: quo hominum genere nihil est in contradicendo violentius, in dam- nando iniquus. Ast oppositam non nos tantum; sed graues viti grauius ac- curant: Philastrius, hæresin dixit: Theodoretus, & Procopius, impiam: A- nastasius Nicenus, iniquam, & nefariam: Augustinus, indignum facinus. O laudes! laudes Iesuitis dignas! Et hæc hæresis, impia, iniqua, nefaria, indi- gna, Bellarmino iudice, sententia est in Ecclesia communior, verisimilior, tutior? O iudicium: iudicium Iesuiticum: Claudat obgium Cyrillus, illo 6. de Adorat. in Spiritu: Deliramenta sunt hæc, imo vero stupor immanis, putare, Prophetæ animam reuera frigidis sceleratissimis muliercule carminibus ex attri- butis sibi seditibus fuisse detractam.

XXIII. Superest auctoritas ipsius textus. Inde argumenta educunt duo. Ipsam animam apparuisse, deduci Bellarminus satis aperte putauit ex eo, quod semper dicitur Samuel: Quum vidisset mulier Samuelem. Dixit Samuel ad Saul. Intellexit ergo Saul, quod Samuel esset. Certè, inquit, non diceret Scri- ptura, Intellexit, sed putauit, vel cogitauit, si non esset verum.

XXIV. Sed in nomine Samuelis nihil esse momenti iam pridem Augu- stinus docuerat, illo ad Simplician. loco: Imaginariam illusionem Diaboli machinationibus factam, propterea Scriptura nomine Samuelis appellat, quia so- lent imagines rerum eorum nominibus appellari, quarum imagines sunt: sicut em- nia que pinguntur atq; finguntur ex aliqua parte materia, metalli aut ligni, vel cuiuscumq; rei apte ad opera huiusmodi, quæq; etiã videntur in somnis, & omnes fere imagines, earum rerum, quarum imagines sunt, appellari nominibus solent. Quis est .n. qui homine pictū dubitet vocare hominem, quandoquidè & singulorū quo- rumcumq; pictura cū aspiciuntur, propria quæq; nomina incunctanter adhibeantur: velut cū intuentes in tabulâ, aut parietè dicimus, ille Cicero est, ille Salustius, ille Achilles, ille Hector: hoc flumen Simois, illa Roma, quæ aliud nihil sint, quæ pictæ imagines. Vnde Cherubin, quum sint cælestes potestates, facta tamen ex metallo, quod imperauit Deus, super arcam Testamenti magna rei significanda gratia, non aliud quam Cherubin illa quoque effigies vocantur. Item, si quis videt somnium, non dicit, vidit imaginem Augustini, aut Simpliciani: sed vidit Augustinum, aut Simplicianum, quum eo tempore, quo tale aliquid vidit, nos ignoraremus, vsque adeo manifestus est, non ipsos homines, sed imagines eorum videri. Et Pharaos phantas- se dixit vidisse in somnis, & boues, non spicarum, aut boi imagines. Si igitur liqui- do constat, nominibus eorum rerum, quarum imagines sunt, easdem imagines ap- pellari, non mirū est, quod Scriptura dicit Samuelem visum, etiam si forte, imago Samuelis











πίσις: ἀλλ' ὅτι ὁ ἀποστόλος ἐν τῷ πρῶτῳ κεφάλαιῳ τῆς ἐπιστολῆς εἰς τὸν βασιλεῖα, ἐπὶ τοῖς κολοσσαῖς ἐπιπέσει τῷ Ἀβραάμ, τὸ ἵδιον περὶ τοῦ ζῆλον τοῦ νόου καὶ τοῦ σώματος, Pauper erat Lazarus, & valde pauper: dives contra is, qui pro foribus iacentem, praescribat. Vter igitur in regnum caelorum ingressus est, atq; in suavisimo Abraha sinu requieuit? Vter rursus flammis excruciat, ac ne vnicam quidem aqua guttam consequi potest? Cyrillus, Paschal, II, ὁ δὲ Λάζαρος ὡς ἐν ἀδύτοις τεύχεσι. ὁ δὲ πλάσιος ἀποπέσει ἐν φλογὶ καὶ μέσην: Lazarus quidem in deliciis inexpectatis degebat: at dives, praeter morem suum, in flamma, & verberibus. Aretas, in Apocalypsis sextum, ex Andrea, de Sanctis caelestibus: εἰς ὅτι τῶν εὐφροσύνην τοῖς κολοσσαῖς Ἀβραάμ ἀναπαύειν, Merito gaudent in sinu Abraha quiescentes.

IX. Ambrosius, de obitu Valentiniani; Valentiniano occurrentem Gratianum fratrem ἰσοσωποποίησε, atque his verbis excipientem: Veni, inquit, frater meus, exeamus in agrum, requiescamus in castellis, diluculo surgamus in vineas, hoc est, venisti eo, ubi diuersarum virtutum fructus pro singulorum meritis deferuntur, ubi abundant meritorum premia. Exeamus ergo in agrum, in quo non vacuus labor, sed fecundus promentus est gratiarum. Quod in terris seminasti, hic mete: quod ibi sparsisti, hic collige. Aut certe veni in illum agrum, qui est odor Iacob, hoc est, veni in gremium Iacob, ut sicut Lazarus pauper in Abraha sinu, ita etiam tu in Iacob Patriarcha tranquillitate quiescas. Sinus enim Patriarcharum, recessus quidam est quietis aeternae. Augustinus, libro 2. quaest. Euaug. quaest. 38. Sinus Abraha, requies est beatorum pauperum, quorum est regnum caelorum, in quo, post hanc vitam recipiuntur. Fulgentius ad Venantiam: Attendamus diuitem purpuratum, & pauperem Lazarum: illum, post epulas flammis perennibus traditum, istum post arumnas in aeterna sinu Abraha quiete securum. Gaudentius Brixienfis, praefatione tractat. in varios locos: Ad hanc seruatur poenam prosperitas impiorum: & contra ad illam beatitudinem perducitur iustorum tribulatio, ut cum Sancto Abraha Patriarcha in aeterna vita requiescere mereatur, qui angustias vitae huius, fidei patientia tolerantes, de seculo isto migrauerint. Apud Iansenium, Concord. cap. 97. Moriturus Martinus, Abraha, inquit, me sinus excipiet, & de eo canit Ecclesia, Martinus Abraha sinu latius excipitur.

X. Etiam nonnulli recentiores, Iuo Carnotensis, epistol. 19. Pro anima fratris vestri, religio si regis, deuotas preces effundimus, quamuis animam eius in sinu Abraha collocatam, si vita eius ita se habuit, ut dicitur, indubitanter confidimus. Sadoletus, libri 3. epistola quinta. Tertium caelum est Deo, & caelestibus illis mentibus attributum. Sed, ut dicebam, non tam locum quam rem notare voluit. Paulus. Summum enim profecto, caelum illud est, ex quo hausta illi fuit diuina sapientia. Quod item de sinu Abraha, in quo recubebat Lazarus, intelligendum est: nusquam enim ibi locus, sed res tantum est descripta: cum is, qui iacebat in miseris, Lazarum vidit in beatitudine recumbentem. Aut, si in eo locus quaerendus est, sinus Abraha regnum caelorum est.

XI. Denique, sinum Abrahami intra terram esse, recentiorum Theologorum definitio fuit. Maldonatus: Vbi fuerit, subiusne an supra terram, affirmare nusquam ausus est Augustinus. Et aliquando post: Probabilissimum, quod posteriorum Theologorum obtinuit opinio, fuisse sub terra. Inde Iansenius sententiam appellauit, iam receptam; id est, non olim, & primum, sed tandem, & postremo. Certè Augustini verba habes in Psalmum octogesium quintum. Fortassis apud ipsos inferos est aliqua pars inferior, quo trudentur impij, qui plurimum peccauerunt. Etenim apud inferos vtrum in locis quibusdam fuisset iam Abraham, non satis possumus definire. Forte factum, navigationibus Hispanorum, ut nunc demum aliquid sit rescriptum certius.

XII. Non ignorarunt hunc usum nostri Papistae, sed pars dissimularunt pars illuserunt. Ludum vide: Maldonatus, in eum locū Luca: Ambrosius, & Beda in caelo videntur collocare: sed, credo, eos de nostro loqui tempore, quo tempore cum in caelum Abraham translatus sit, & ibi sinum Abraha, ubi Abraham ipse est, esse oporteat, in caelo posuisse. Iansenius: Quamquam propria quadam ratione, locus quietis ante ingressum regni caelestis, dicitur sit sinus Abraha, recte tamen locus quietis, in quem modo recipiuntur animae beatæ, caelum scilicet ipsum, etiam dicitur sinus Abraha, & ad Abraham, tanquam patrem omnium credentium recipi dicuntur in sinu, quotquot ad quietem regni caelestis perueniunt.

XIII. Lepidè sanè. Sic enim, puto, Limbis deuictis, Christus, ut olim Carthaginensibus Romani, urbem abstulit, ciuitatem reliquit. Vnum miror, quare Abraha sinus nomen retentum, non etiam Limbi: quomodo Carthaginis, Et fortasse ita futurum aliquando, ut qui cepti sunt dici, ire in sinum Abraha, postmodum dicantur ire in Limbum Patrum. Fateor, non nihil duriusculi futurum; sed, qui definitiones rerum habent pro nihilo, ijs otiosa superstitio est nomen. Nam sinus Abraha definitio erat, locus quietis ante ingressum regni caelestis: quæ definitio ipsi regno caelesti, quomodo poterit ita aptari, ut nullum remaneat absurdum? Nec tamè obstitit, quominus Papistis non incommoda sit μετὰ τὸν μῦθον. Cur infeliciores futura sit audacia in Limbo?

XIV. Veruntamen, de Veteribus egregiè nugantur: nam illi sinum Abraha sic conceperunt animo, non pro diuersitate temporum, sed pro rei natura. Hoc manifestum: quia ipsum etiam locum, in quo tum dicitur à Christo fuisse Lazarus, sic describunt. Nam Chryostomus dixit, Lazarum ingressum esse in regnum, καὶ πῆς κολοσσαῖς ἐπιπέσει τῷ Ἀβραάμ. Et pro regno, dictum esse à Christo, sinum Abraha. Fulgentius eundem in aeterna sinu Abraha quiete securum: vnde conficitur, non postea, sed iam tum fuisse regnum caelorum, quum dictus est Lazarus eo translatus. Adde, quod non tantum nomina transferunt, sed ipsam definitionem explicant. Dionysius beatas & diuinas dixit esse mansiones, quæ omnes excipiunt ὁ οὐρανός. Augustinus, requiem beatorum pauperum, quorum est regnum caelorum. Et Sadoletus, negauit locum, sed rem fuisse descriptam.

XV. In priori aduersariorum ratione, quæ est Bellarmini, obstupui Iesuiticum ingenium, concludens, ambos fuisse in eadem voragine, quia inter vtrumque magnus hiatus esset. Profecto nemo vnquam tam vehementer delirauit. Quis enim hæc ausus audiverat, in eadem voragine eos esse, inter quos esset magna vorago? Magno me metu liberabis, clamabat Cicero dummodo inter me, atq; te murus intersit. Scilicet hoc volebat, ut ambo essent in eodem muro. Nihil, inquit, interiectum solidi. Quid ad me, in quâ

dummodo plurimum interiectum vacui? Sophisma enim inde erat, opinor quod ut duo dicantur loci, inter vtrumque; aliquid interiectum esse oporteat; & tanto plus interiectum, quanto distantia longior. Iste autem Sophista, nihil, & nihil solidum ponit pro eodem: ut si nihil solidi interiectum, concludatur, nihil esse interiectum. Sed Theologi, disputatione de vacuo in natura, Philosophorum otio permessa, negant, nihil esse interiectum, vbi nihil solidi dicitur enim, super esse το χῶμα, ipsum, si velint, inane. Quamquam negant, significare aliquid inane simpliciter. Nam, in terra, exempli gratia, χῶμα dicitur, non vbi nihil est, aut nihil solidi, sed vbi terra discedit à seipsa, profunda interposita voragine: quæ ipsa non habet nihil, aere plena est: qui non est nihil, sed non est tamen terra. Et eo ipso, quod non sit terra, locos non tantum separât, sed etiam non patitur accessibiles esse. Est igitur distantia locorum, si est χῶμα. Si distantia, ergo non loci vnitas, quâ Sophisticè Bellarminus concluderat.

XVI. Et sanè ab eodem hoc chasmate alij intulerunt, designari extrema opposita, caelum, & infernum. Audi Maldonatum, Mibi quidem loci etiam distantia videtur designari: Nam, etsi Abraham aut Christus potius persona Abraha, solam conditionis firmitatem declarare voluit, tamen dubium non est quin metaphora à loci distantia ducta sit, & magni hiatus nomine, distantia solum magna, sed etiam impermeabilis significetur: quemadmodum si ab vno loco in alium vastus terra hiatus esset, transiliri vtiq; non posset. Itaq; liquido mihi ex hoc loco colligi videtur, sinum Abraha, etiam si sub terra sit, longe tamen remotum à damnatorum loco fuisse. Quin valde suspicor summum hic caelum designari: inter quod & infernum damnatorum locum, vbi dives erat, magis vtiq; erat hiatus, totum scilicet spatium aeris, quod, quasi hiatus quidam, vacuum & impenetrabile videtur esse. Non quod Abraham in caelo esset: sed quod ita loqui fingatur, quasi esset in caelo. Sic quidem Maldonatus: magnus Iesuita: & quanto maior Iesuita, tanto magis resiliens à veritate, etiam tum quum in eam inducitur. Sed satis aptè tamen, ad confutandum Bellarminum, ex chasmate inducentem vnum locum.

XVII. Sed Maldonato confidentior olim Origenes, Dialogo cum Marcionianis. Is Marcionitum ex eo concludentem, apud inferos esse Abraham, quod induceretur colloquens diuiti; respondet: Colloquium commune audisti, chaos autem magnum quod dicebatur, non audisti? Quod enim interiectum est inter caelum & terram: chaos appellat. & ita confidit se probare in caelis esse Abrahamum, saltem non apud inferos. Ita enim ante dixerat, Recita, ut intelligas eum, non apud inferos Abraham esse dicere. Sed & Augustinus, epist. 99. In his ipsis tanti magistri verbis, vbi ait, dixisse Abraham: Inter vos & nos chaos magnum firmatum est, satis, ut opinor, apparet non esse quandam partem, & quasi membrum inferorum, tanta illius felicitatis sinum. Chaos enim magnum, quid est nisi quidam hiatus, multum ea separans, inter qua, non solum est, sed etiam firmatus est.

XVIII. Quid? quod non desunt, qui chasma interpretentur, non ad litteram, vllum locorum interuallum, sed allegoricè diuinam ordinationem, à qua fit firmitas conditionis? Iansenius: Aliud non significatur, quam sic esse separatos damnatos à pijs, ut imperuius sit vtiq; ad alteros transiis. Quod si speciatim exprimi quis quærat, quid per hiatus illum magnum sit intelligendum, recte dicitur, significari firmissimum Dei statutum in modum hiatus, prohibens horum & illorum permixtionem, ut sit sensus, firmissimo & immutabili decreto Dei, sic sumus nos à vobis separati, ut hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint. Maldonatus. Pleriq; non loci interuallum, sed conditionis immutabilem firmitatem significari putant. Ita Ambrosius, & Augustinus, Chryostomus, Beda, Theophylactus, & Euthymius. Probabilis opinio: nam: si quidem de loci distantia ageretur, nullus tam procul locus est, ex quo non posset anima, praesertim qua spiritus esset, ad locum vbi dives erat, permeare. Certo olim Macrina, cum in agone esset, Μὴ ἀγχορασάτω ἡμεῖς τὸ χῶμα τὸ φερόμενον ὑπὸ τῶν οὐρανῶν. (Cov: Ne separaret me chaos illud formidandum ab electis tuis. Apud Nyssenum in eius vita. Horum si vincat sententia, res est facilis Nam, stabilitas conditionis omnibus consentientibus in caelis est, & in infernis. Itaq; huiusmodi chasma, non potest vnum eundemq; locum concludere.

XIX. Sed & audiri poterant, & videri, inquit Feuardentius: Ergo in inferis. Imo, inquam, Maldonatus Iesuita, Franciscanus Feuardentium confutato: Quod oculos dives ille leuauerit, quod cum Abrahamo loquutus fuerit, quod guttam aqua, qua linguam suam refrigeraret, postularerit, parabola est, sumpta non ex ijs, qua modo sunt, sed ex ijs, qua post resurrectionem futura sunt, & ad nostrum captum accommodata. Et aliquanto post: Iam diximus, neq; cum Abrahamo, neq; cum Lazaro loquutum fuisse, sed fictum esse in modum parabola sermonem. Facilis responsio. Audiri poterant, & videri. Cur? nempe, quia vidisse dicuntur, & loquuti esse. Sed hoc falsum: Ergo illud non verum.

XX. Origenes tamen soluit aliter, eodem contra Marcionianos: Corporei oculi, illa solum qua in proximo sunt, solent cernere, animi autem oculi procul aciem suam intendunt, atq; perspicuum est, eos qui corpore hinc disuncti sunt se inter se animi oculis videre. Attende enim quomodo dicat Euangelium, Eleuâs oculos suos in caelum: quod natura vi possit tollere, non in terram.

XXI. Atque hæcenus Abrahami sinus. Stapletonus: Petrus, Acto. 2. apertis verbis affirmat, Dauidem non ascendisse in caelum, neque de illo intelligi potuisse, quod dixerat, non relinques animam meam in inferno. Vnde planum fit, Dauidis animam derelictam esse in inferno, quum à communi aliorum conditione non exciperetur. At in inferno damnatorum illum propterea fuisse, aut in sinum Abraha receptum non fuisse, nec ipsi hæretici dixerint.

XXII. Imo, non absolutè, sed κατὰ τὴν intelligendum, negari, Dauidem ascendisse in caelum. Quomodo scilicet Christi ascensus dicitur, quum totus post resurrectionem sublatus est in caelos, illato etiam corpore in aeternam beatitudinem: quum tamen antea dixisset verissime eodem se die futurum in Paradiso, quo in cruce. Itaque Lyranus explicans: Non enim Dauid ascendit in caelum, sed fuit sepultus, & incineratus. Et ita oportere, clarum: quia fatentur Papistae, Dauidem iam tum quum Petrus ita ad Iudæos dissereret, fuisse elatum in caelos, quia Christus ipse ascendit. Et ita notauit ad hunc locum Lorinus. Itaque, falsum dixisset Paulus, & nihil nisi illuderet auditoribus. Probat enim de Christo dictum illud, Sede ad dextram meam: quia non dictum de Dauid. Hoc probat, quia alioquin oporteret, Dauidem ascendisse in caelum. Nemo non











raphrafi in postremum caput Hierarchiæ Ecclesiasticæ, metaphoram de-

XIII. At certe conuiuij hilaritas non videtur aptè respondere tene-

XIV. Quartum argumentum, ex Lucæ 23. Hodie mecum eris in paradi-

XV. Sed obstat Maldonatus, in Matth. 28. Valde me iudicium meum

XVI. Sed Maldonato Bellarminus ibit obuiam, Iesuitæ Iesuita. Bel-

XVII. Sed in eam sententiam multi autores. Quinam illi, inquam?

XVIII. At saltem Iustinus, Athanasius, Augustinus. Prudentius. Imo

incertitudine nobisque, tibi que permittebit, manifeste innuit sibi magis

XIX. Ne Prudentius quidem bene vocatus in partes. Nam ille no-

Sed dum resolubile corpus  
Renouas, Deus, atque reformas,  
Quanam regione iubebis,  
Animam requiescere puram?

Quæstio est, ubi requiescat sint animæ Sanctorum, resurrectionem cor-

Gremio senis abdita Sancti,  
Recubabit, ut est Eleazar,  
Quem floribus undique septum  
Dives procul aspiciat ardens,  
Sequitur Tui dicta Redemptor.  
Quibus atra morte triumphans,  
Tua per vestigia mandas,  
Socium crucis ire latronem.

Duobus exemplis Lazari, & Latronis, ostendit locum, quo ituræ sint a-

Pater ecce fide libris amplis  
Via lucida iam paradisi  
Licet & nemus illud adire,  
Homini quod ademerat anguis.

Audin' viam lucidam Paradisi: Quam procul à tenebris inferni? Sed

Illic precor, optime ductor,  
Famulam tibi præcipe mentem  
Genitali in sede sacra,  
Quam liquerat oculi & errans.

Fausæ sunt pro mortuis preces. An quisquam Christianorum precatus

XX. Quisquis ille Iustinus fuit autor quæstionum ad Orthodoxos, ne

XXI. Hæc verba qui perpenderit, facile cognosceret, quam nulla iu-

XXII. Quantum argumentum. Quicumque ingemiscunt, & habi-

XXIII. Maior autem probatur ex post. ad Corinth. 5. Scimus, quia si



Huc opponit adificium perpetuæ durationis, quo nomine incertum est, an significet statum beata immortalitatis, qui post mortem fideles manet: an vero corpus incorruptibile, & gloriosum, quale post resurrectionem erit. In utrovis sensu nihil est incommodi, quoniam malo ita accipere, ut initium huius adificij, sit beatus animæ status post mortem, consummatio autem sit gloria ultima resurrectionis.

XXIV. Sextum argumentum ex Ecclesiastici II. Facile est coram Deo in die obitus retribuere unicuique secundum vias suas. Nam & hoc Bellarminus vitatur, ut probet animas Sanctorum in cælis esse statim post mortem. Et illud, facile est, obleruat, non significare, posset Deus, si vellet: sed reddere Deo, & facile reddit unicuique secundum opera sua in die obitus: Alioquin enim, inquit, si Deus posset reddere secundum opera, sed non redderet, frustra nos hoc argumentum hortaretur sapiens ad benefactendum. Præterea cum dicat ibidem Spiritus Sanctus, In fine hominis, denudatio operum eius, indicat etiam in fine hominis reddi unicuique secundum opera: nam ad hoc fit iudicium illud, & denudatio operum, ut sequatur remuneratio. Bene habet, inquam: ergo in veteri testamento dabat Deus in die obitus retributionem cuique; id est, Sanctis fruitionem visionis suæ. Alioquin dicendum fuerat, facile erit, & explicandum, redditurus est olim aliquando. Atqui, & legitur, facile est, & exponit Bellarminus, per præfens, reddit, quod verum esse nequit, nisi de Sanctis tunc temporis morientibus: ergo his dabat DEVS hoc præmium.

XXV. Præuidit hanc nostram ratiocinationem suspicax Sophista, & occupavit: Intellexisse Sapiens, reddi remunerationem quæ pro temporum diuersitate haberi poterat: & quia tunc nondum cælum erat resecutum, nunc autem a Christo resecutum est, ex illius sententia sequi, in die obitus, & tunc requiem dari solutam iustis: & nunc veram felicitatem.

XXVI. Miram subtilitatem! Ex qua fit, ut ex vnis iisdemque verbis concludatur Deum statim post mortem a Sanctis videri, & non videri tamen, nisi interiectis multis seculis. Tantum Iesuitarum est acumen. Sed primum, remunerationem pro diuersitate temporum, vbi, quando, quibus verbis designauit Sapiens: Nam in Bellarmino non mirer, post tot Scholasticorum ingeniorum somniationes: at non si Bellarminus potuit hoc cogitare, ideo Sapiens affirmasse certum est. Et vero Carthusianus: Ipsi Deo, inquit, facillimum est reddere quicquid promeruit. Nota, quicquid promeruit: & adde, in die obitus. Dic, Bellarmine, censent tu Abrahamum, Isaacum, Moysen, Dauidem, non promeruisse visionem Dei? Nunquam ergo habituri essent, ne Christo quidem resurgente: neque enim nouis meritis locus vllus post hanc vitam; & dari vitam æternam non merentibus per opera, sed per solam fidem iustificatis, apud vos immanis est hæresis. Quod si aliquando habituri essent, ac propterea meriti dum viuissent, ergo nisi mentitur Carthusianus (puto autem Carthusianum æquæ ac Iesuitam habere Spiritum Diuinitatis interpretandum illud Sapiens, Retribuit Deus in die obitus cuiuslibet quicquid promeruit, nempe & quietem, & veram felicitatem).

XXVII. Quid, quod non vidit immensa Iesuitæ subtilitas, ipsam sui vim argumenti rerundere? Disputabat enim aduersus eos, qui negabant, Sanctos adhuc esse beatos, sed seruari in abditiis quibusdam receptaculis ad resurrectionem vsque, & contra asserbat, non differri in tantum temporis veram felicitatem. Profecto, nisi hoc Sapiens dixerit, nugatur disputando Bellarminus. Finge enim Sapiens dicere, quod Bellarminus exprimit: Reddit Deus cuique in die obitus remunerationem, quæ pro diuersitate temporum haberi potest. Concedent Armeni libenter, sed negabunt esse illam veram felicitatem Bellarmini: sed suam quietem ad vsque resurrectionem. Quare? quia nimirum temporum diuersitatem aliter metientur Armeni, aliter Bellarminus. Iste ante Christum, & post Christum, illi ante resurrectionem, & post resurrectionem. Quomodo ergo Bellarminus dixit datam post mortem statim Veteribus eam, quæ poterat dari ante Christum: sic illi dari Christianis eam, quæ poterat dari ante resurrectionem: & adderent, non magis illam exprimi, quam istam. Breuiter, si summam felicitatem dicas, cui nihil addendum expectetur: negarent de hac Sapiens loqui, quoniam loquatur de ea, quæ dabatur Patribus Sanctis, quam Papistæ negant talem fuisse. Itaque, nihil promoueret Bellarminus.

XXVIII. At nos patimur, libentes, veram certamque Bellarmini ratiocinationem esse: neque enim hominem tam odimus, ut nolimus vnuquam, vel casu saltem, & seruari: tantum dicimus, nunquam fuisse cælum vllis clausum Sanctis: verum impijs duntaxat, nec redemptis sanguine Christi: ideoque & manere æquæ hodie post mortem Christi clausum: & antè fuisse æquæ apertum, non enim hanc clausuram distinguere temporibus, sed causis.

XXIX. Eadem contra Armenos causam de beatitudine Sanctorum, disputat Alphonsus de Castro, hæresis de beatitudine argumentis quidem Papistam redolentibus: sed eiusmodi tamen, ut aut nihil, aut hanc nostram concludant thesin: Hanc nostram, inquit, & totius Ecclesiæ sententiam confirmat, quod contra iustitiam videtur esse, differre per tot secula mercedem mercenario: propter quod in lege olim præceptum erat. Non morabitur apud te opus mercenarij. Omnes autem iusti quasi mercenarij sunt in vinea Domini laborantes: mercenarij, inquam, qui cum Domino vinea, hoc est, Deo Patre ex denario diuer-

no, clara scilicet Dei visione conuenerunt: & ex huius mercedis expectatione, omnes suos labores, quamlibet duros, libenter tolerant. Cum ergo in morte omnes labores sic finiuntur, ut iam non sit amplius ad meritum cumulum laborandum oportet, ut illis animabus, quæ iam purgatae sunt, statim merces suorum laborum, æterna scilicet beatitudo tribuatur: alioquin iniustitia eis fieret, si illis fideliter laborantibus merces non statim daretur, nulla in illis existente causa, quæ obset, quominus statim reddatur. Deinde, peccatori agenti quod potest, Deus statim dat gratiam: ergo iusto vsque ad mortem agenti quod potuit, Deus statim donabit gloriam. Accedit ad hæc, quod iuxta Sapiens dictum spes qua differtur affligit animam: quo fiet, ut anima quantumlibet sancta, in expectatione futurae beatitudinis suspensa, sint in continua afflictione. At non est æquum, ut pœnam toleret, qui peccatum, si quod commisit, iam digne purgauit. Præterea peccatoris animæ statim post mortem tolerat supplicium, ergo anima iusti, statim post mortem habet præmium: præsertim cum Deus citius ad misericordiam steterit, quam ad vindictam, & propensius ac libentius iustos afficiat premio, quam peccatores pœna. Si peccatoribus dignam statim infligit Deus pœnam, non est verisimile, ut iustis statim debitum reddat præmium.

XXX. Hæc Alphonsus quatuor omnia argumenta ordine proposuit: Papistam quidem olens, eo quod si agit cum Deo, ut & merita operum semper præsupponat, quasi nulla salus gratuita esset: & Deo dicam impingi posse si non agat cum Sanctis ex iustitiæ rigore: quod neutrum aures Catholicæ possunt ferre: quæ nihil audiunt nisi, propitius esto mihi peccatori. Et ita dari salutem profitentur semper, ut si non daretur, tamen iustus esset omnipotens, cui nihil quisquam prior dedit. Verum tamen condonemus Papistæ phrales papisticas, ut quod nunc instat agamus. Nego, vllum horum argumentorum quicquam habere virium, si non concludant de Patribus mortuis ante Christum. Examinemus, & quidem

XXXI. Si peccatoris anima, statim post mortem, supplicium tolerat: ergo, & iustis statim post mortem debitum reddat præmium. Optime, inquam. Sed qui peccatores? Ine duntaxat, qui post Christi crucem abeunt ad plures? Imo antecedens non probat Alphonsus, nisi ex ijs qui ante crucem: De pœna peccatorum, inquit, statim post illorum mortem semper infligitur, testatur Iob, sic inquit, Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. In puncto dixit, quia continuo post mortem sine vlla quiete descendunt ad inferos, ut ibi dignas pro peccatis suis liant pœnas. Et illud est apertissimum, quod de diuine illo epulone apud Lucam dicitur. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Ergo longè ante Christum: imo diuersè, sic proficiente Alfonso, semper peccatores dederunt pœnas statim post mortem. Cur non idem ius sit iustorum præmio, ut statim post mortem semper sit repetitum. Certè si non est, negabitur argumenti consequentia: & erit paralogismus

XXXII. Non est æquum, ut pœnam toleret, qui peccatum, si quod commisit, iam digne purgauit. Quid? Patres cuiusmodi tandem fuisse dicimus? Quamquam Catholici dixissent potius, cuius peccatum dignè purgatum est, scilicet per Christi sanguinem. Sed pollicitus sum me condonaturum. Patres ergo, Enoch, Abraham, Isaac, Jacob, Moysen, Esaiam, Ieremiam, Iohannem Baptistam, negabuntne Papistæ dignè purgasse peccata sua? Non putem neque enim mortuos derudunt in Purgatorium. Et Ieremiam, Baptistamque agnoscunt ab vtero sanctificatos: reliquos vero; si forte Purgatorium tenuit, tamen sanctos suo tempore, emisisse oportet, si quidem abierint in sinu Abraham, vbi purgationis locus nullus. Purgatos ergo cur fuerit æquæ pœnam tolerare? Nam, pœnam Alfonso interpretatur, dilatam visionem Dei: quia spes qua differtur, affligit animam. Quare, aut nemo inde concludat, Sanctos, post Christum, statim recipi in cælos, aut idem permittit dici de Sanctis ante Christum.

XXXIII. Si peccatori agenti quod potest, statim Deus dat gratiam: ergo iusto vsque ad mortem agenti quod potuit, statim dat gratiam. Esto sane, sed pergeat qui iusti, ante Christum, ad mortem vsque egerunt quod potuerunt. An negas? Ergo, negas iustos, contra hypothesein Si non negas: ergo legitima mea conclusio, iustis ante Christum, statim Deus dedit gloriam: aut tua est sophistica.

XXXIV. Contra iustitiam est, differre per multa secula mercedem mercenario. Esto. At omnes Sancti, quasi mercenarij sunt in vinea Domini laborantes. O euge! Optime, omnes iusti. Ergo etiam qui ante Christum. Reuocasse? An pateris concludi, iniustum esse, iustis, ante Christum Enocho, Abrahamo, per tot secula differri mercedem? Nisi forte tibi videntur, non conuenisse ex denario: & ita fuisse iusti, neque vllam sibi habuisse mercedem propositam. Nam, ne id quidem potes excipere, aliquam in ipsis extitisse causam: quæ nullam eius dilationis soleratis causam reddere, quæ quia nondum ascendisset Christus: quæ non erat in ipsis causa, sed penitus extra. An saltem non erant plenè purgati? Atqui, Limbus non erat illi pro Purgatorio: dicitur enim locus quietus, carens pœna sensus. Ergo, vel fuere plenè purgati, antequam admitterentur in sinum Abraham: vel nētum quidem fuere, quum admissi in cælos: quia non purgati post mortem: siue per penitentiam, cui tum nullus locus, siue per ignem, à quo longè abfuisse Limbi dicuntur.